



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Disputatio IV. quibus beneficia sunt conferenda, seu de qualitatibus
requisitis ad beneficia ex parte suscipientium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

Ecclesia maneat in suspensio. Quapropter quoad suppleendam negligentiam collatoris ordinarij, sine dubio currit tempus semelitic, & deuolutio ad superiorem fit, vt expressè decimum est in *clement. vnt. de supplenda negligent. pralat.* & tradit ibi Gloss. *pramissa. verbo reuocari. Bonifac. n. 8. Cardinal. num. 4. Gonzalez gloss. s. 6. n. 55 Garcia 10. p. de benef. cap. 3. num. 46. Dixi quoad suppleendam negligentiam collatoris ordinarij. Nam ad impediendam illius prouisionem, iam beneficium manuale prouisionem non fuerit, existimat Garcia num. 47. non esse concedendam deuolutionem. Quod non probo. Nam esto hæc beneficia sint manualia, non impedit quominus ad superiorem illorum prouisio deuoluatur. Ergo debet deuolui cum qualitatibus requisitis in *c. 2. de concess. prabende.* Quarum vna est, vt facta deuolutione ordinarij inferior prouidere non possit. Neque inde fit facta prouisione per superiorem, non posse ab inferiori ex causa iusta remoueri. Potest equidem, quia superior prouidet beneficium cum qualitatibus, quibus negligens prouidere debebat, vt bene aduertit gloss. *fin. in dicta clem. vnt. de supplenda negligent. pralat. verbo reuocari.**

12 Septimo limitat in beneficiis deuolutis, in quibus non videtur collatoribus currere tempus ad conferendum. Sed nullatenus est hæc limitatio admittenda quia in *suprad. cap. nulla. de concess. prabende.* gradatim fit deuolutio idemque habetur in *cap. licet. de supplenda negligent. pralat.* Quapropter si ad Episcopum pertinet collatio, & infra semestre non prouidet, deuoluitur ad Metropolitanum, & deinde ad Primarem, & tandem ad Pontificem. Garcia alijs relatis, *10. p. cap. 3. num. 1. Quod fieri non possit. nisi quilibet ex his praelatis suum tempus signatum habeat ad conferendum; quod tempus æquale est in omnibus: cum enim primo collatori semestre concessum sit, etiam secundo collatori, cui fit deuolutio ob negligentiam primi, aliud semestre concedi debet, vt satis insinuat in *suprad. cap. 2. de concess. prabende:* vbi omnibus collatoribus semestre conceditur absque ulla distinctione; & capitulo conferenti iure deuoluto eundem terminum concedit, qui Episcopo competebar: ibi, *infra prescriptum terminum*, qui nullus alius est, nisi semestre. Adde nullibi inueniri aliquam restrictionem, neque conuenientem esse, cum sint collatores diuersi; & ita tradit, alijs relatis, Lambert. *de iure patron lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 8. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 6. cap. 27. quæst. 12.**

13 Solum de beneficiis deuolutis ex negligentia patroni laici est aliquis difficultas; an Episcopo, qui institutio, seu collatio libera deuoluitur, competat semestre ad collationem faciendam: Videtur namque solum quadrimestre competere; quia succedit patrono, cui quadrimestre conceditur. Cæterum verius est semestre concedi; quia tunc illud beneficium alias de iure patronatus prouidet Episcopus, sicut alia beneficia, quæ de illius sunt libera collatione, siquidem ob negligentiam patroni in nominando cessat eius nominatio, & libera Episcopo prouisio conceditur. Ergo æquè ac in alijs beneficiis est semestre concedendum. Neque verum est in hoc casu Episcopum patrono propriè succedere, quia non præsentat personam alteri instituendam, sed potius exclusio patrono impletur instituit, & ita tenet, alijs relatis Lambertia *dicto art. 8. Azor. quæst. 11. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 58. num. 18.*

14 Hoc semestre concessum superiori, cui fit deuolutio non computatur à die deuolutionis, sed à die deuolutionis notæ. Quia quousque deuolutionis noticiam habeat, vel eam habere possit, non potest beneficium prouidere. Ergo non potest esse negligens in prouisione. Ergo non est illi tempus computandum; quia non est habile ad prouisionem: sic Lambertin, & Azor. *supra. & quæst. 10. & pluribus decisionibus Rotæ firmat Garcia 10. p. de benef. cap. 3. num. 9. Aloysius Riccius praxi fori Ecclesiast. resolut. 155. Augusti. Barbosa 3. part. de potest. Episcopi. allegat. 58. num. 18.*

15 Sed qua ratione constare possit superiorem, cui fit deuolutio habere noticiam deuolutionis, vt illi currat tempus, difficile est. Nam esto in collatore ordinatio maxime Episcopo, ex qualitate beneficij distantia locorum modo vacat, & eorum longitudine temporis præsumatur verisimilis vacationis noticia, præcipuè cum ipse reneatur diocesim singulis annis visitare. At in superiore collatore, v. g. Archiepiscopo, vnde hæc notitia præsumenda est, cum ipse non reneatur prouinciam suffraganeæ visitare, nisi causa cognita, & approbata in concilio prouinciali, quod ad summum triennio est celebrandum, iuxta Trident. *sess. 24. cap. 2. & 3. de reformat.* & prouincia suffraganeæ longè à Metropoli distat: Quod vto tradit Abbas, in *cap. sicut. de accusationib. num. 2. quem sequitur Ananias ibi. num. 4. Lambertin dicto art. 8. n. 2. Malcard. de probat. concl. 879. n. 10. Metropolitanum ignorare non posse negligentiam sui suffraganeæ in beneficiorum prouisione; quod in qualibet metropoli debeant esse due personæ designatæ à prouinciali concilio, quæ sequenti concilio referant correctione, & reformatione digna iuxta dictum textum. in *c. sicut. de accusationib.* verum non est. Nam ex harum personarum designatione ad summum inferri potest vacationem Ecclesie sui suffraganeæ longo tempore contingentem ante concilij celebrationem, transacto concilio illam ignorare non posse; non tamen infertur toto eo tempore,*

quo non celebratur concilium, vacationem ignorare non potuisse, eam ipsæ personæ solum in concilio noticiam illorum quæ reformatione digna sunt, tradere videantur obligari. Præterea plura celebrantur prouincialia concilia absque designatione harum personarum; quia non reputatur necessarium. Item nec celebrantur quolibet triennio. Ergo ex harum personarum designatione colligi non potest notitia deuolutionis. Quapropter existimo tato hanc noticiam esse præsumendam, sed illam asserenti incumbere onus probandi. Sic Garcia *10. p. de benef. cap. 3. n. num. 12. & seqq.*



DISPUTATIO IV.

Quibus beneficia sunt conferenda, seu de qualitatibus requisitis ad beneficia ex parte suscipientium.

LARVM est dignitas, & benemeritis beneficia esse conferenda, iuxta text. in *cap. graue. de prabendu. cap. nihil est. cap. causam. que de electione. cap. cum adu. de rescript. cap. is cui de prabendis. in 6. & alibi. Sed quia ad hanc dignitatem plura requiruntur; requiritur scilicet legitimus torus, conueniens ætas, habitus corporis, morum probitas, scientia debita, ordo, seu clericatus, intentio perseverandi in illo, & ascendendi ad superiorum, carentia censuræ, vel irregularitatis, & causis alterius impedimenti; ideo sigillatim ea in præsentî disput. explicabimus.*

PUNCTVM. I.

Qualiter legitimus torus ad beneficium obtinendum requiratur.

REgula certissima est, illegitimum iure canonico inhabile, & irregulare esse ad ordines, & beneficia recipienda. *cap. innotuit. de electione. c. vii. filij. de filij. presbyteror. c. 1. & 2. eodem. tit. in 6. cap. nisi cum pridem de renunti. & alij. tunc autem ciuili cõstit inhabile esse ad successionem integram alique reipublicæ munia, vt aperte cõstat ex *leg. vlt. & alij. Cod. de naturalib. liberis. & Authent. quibus modis naturalis officium sui. Videndum ergo est, quando hæc inhabilitas contrahatur, & qualiter cesset, & quia hæc alijs materijs deferuitur possunt, præcet in præsentî omnem de legitimitate matricem explicare.**

§. I.

Quando filij censeantur legitimi, vel illegitimi.

- 1 Nati ex copula fornicaria sunt illegitimi.
- 2 Natum ex solute parentibus voto simplici castitatis ligato affirmant plures esse spurium. Probabilis est esse naturalium.
- 3 Item dicendum de muliere desponsata sub verbis de futuro.
- 4 Ex coniugibus impeditis petere, neque obligatis reddere, si filius nascatur est illegitimus.
- 5 Quid si uterque votum castitatis emisit? Probabilis est non esse illegitimum.
- 6 Natus ex parentibus matrimonio inualido ligatis, si adu. in parentibus bona fides, legitimus est.
- 7 Quando ante copulam cessat bona fides, illegitimus, & spurius est inde natus, & quando bona fides cessare censatur.
- 8 De filij expositis an sint legitimi? Alij affirmant, alij negant.
- 9 Quid dicendum?

Illegitimi censentur filij, eo ipso quo ex copula fornicaria nascantur. Est omnium sententia. Sed quia hæc copula fornicaria haberi potest inter personas habiles ad validum matrimonium contrahendum, vel inter personas impedidas, ideo duplex genus illegitimorum distinguendum est, scilicet iure canonico; aliud illegitimorum naturalium, hoc est procedentium à parentibus solutis, & beneficia tamen ad matrimonium contrahendum. Aliud est illorum, qui à parentibus impedidas procedunt, quique vocantur putij.

2 Sed non est leue dubium, an filius natus ex solis parentibus, sed voto simplici castitatis ligatis, spurius censendus sit, vel naturalis? Sarmiento *lib. 1. select. interpret. cap. 5. num. 5. Ceruantes in leg. 1. x. tauri. num. 145. affirmant spurium esse non solum quoad ordines, & beneficia, sed etiam quoad successionem: inclinatur Azor. 2. p. lib. 2. cap. 6. quæst. 7. Mouentur, tum quia procedit ex coitu sacrilego. Tum quia procedit, à parentibus impeditis ad contrahendum, (altem impedimento impediens, & exigente dispensationem. Tum quia in *leg. 1. x. tauri. quæ est 9. in 8.**

tit. 8. lib. 5. compilat. dicitur Enonces si digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que naxieron ofueron concebidos, sus padres podian casar con sus madres en su dispensacion. At in presentia casu non poterant parentes iuste abque dispensatione matrimonium contrahere ob votum castitatis: ergo filius sic natus non est naturalis, sed spiritus. Nihilominus probabilius est naturalis illegitimum esse censendum. Moverit: quia esto parentes voto castitatis legati fuer. sunt habiles ad valide matrimonium contrahendum, sed hoc videtur sufficere, vt filij inde nati non censentur spiritus, iuxta textum in cap. 1. antea, qui filij sunt legitimi, ubi spiritus est, qui a parentibus impeditis impedimento dirimente genitus est. Ergo filius sic natus naturalis est, non spiritus: & ita tradit Molina tract. 2. disp. 167. post. 4. conclus. Gutierrez tract. de matrim. cap. 1. numer. 22. & 24.

3 Idem dicendum est de filio nato ex matre, quae alteri sub verbis de futuro desponsata erat; quia sponsalia de futuro solum impediunt, ne licite matrimonium celebretur, at celebratum non annullant. & consequenter filius prodegit ex habitibus ad valide matrimonium contrahendum. Ergo est naturalis, & non spiritus. Sic Couar. 2. p. de sponsalib. cap. 1. numer. 17. Molina dist. 177. Thom. Sanch. lib. 1. de matr. disp. 2. numer. 8. Basl. de Leon. lib. 11. de matr. cap. numer. 7. Gutier. supra. Neque obstant rationes contrariae. Nam esto ille filius ex coitu sacrilego sit genitus, & ex parentibus impeditis ad licite contrahendum; quia tamen sacrilegium illud, & illud impedimentum non annullat matrimonium contrahendum; & de qua si us inde genitus non est spiritus. Cum vero lesuuri disponit filios naturales debere prodegit a parentibus, inter quos iuste abque dispensatione matrimonium esse poterat, verbum illud iuste, intelligi debet, id est valide.

4 Praeterea non solum ex solutus, sed etiam ex matrimonio ligatus potest filius illegitimus nasci: si enim parentes impediti essent petere, neque obligati reddere, vt contingere possent, cum alter illorum professionem in religione emerit ex alterius consensu, & in illo sita filium procreassent, illegitimus & spiritus reputandus esset; quia procedit ex coitu sacrilego, & a personis aliis inhabilibus ad valide contrahendum, si de facto matrimonium non esset contractum: sic post alios antiquiores Azot. 2. p. in fin. moral. lib. 2. c. 9. 8. circa finem. Suar. 1. de irregularitat. disp. 50. sect. 2. n. 1. Sanch. alius relatis, lib. 9. de matr. disp. 38. n. 7.

5 Maius dubium est, si veritas ex alterius consensu votum simplex castitatis emerit, & illo non obstante filium procreassent, an sit filius ille illegitimus: Affirmat Glossa in c. ministri. 82. dist. Abbas in cap. charissimus. de conuol. coniugis. Mouentur, quia ex copula illicita, & irreligiosa filius genitus est. Sed verius oppositum videtur. Nam esto peccaminosa sit illa culpa, non tamen ob impedimentum, quod alias impedit matrimonium valide contrahere. Ergo non impedit, quin matrimonium prolem genitam legitimam reddat; si enim, vt statim dicemus, vim habet matrimonium legitimandi prolem conceptam ab his, qui matrimonio soluti erant, & voto castitatis legati, a fortiori vim habebit legitimandi prolem conceptam ab his, qui matrimonio iuncti sunt, esto sint voto castitatis adstricti. Adde, p. raxi receptum esse hos filios haereditate iniqui, & oblique vili dispensatione: ead beneficia, & ordines promouentur. Ergo reputantur, vt legitimi, & in hanc partem inclinat Azot. 2. p. in fin. moral. l. 2. c. 6. q. 8.

6 Verum contingit saepe, vt filius ex parentibus re ipsa solutus, matrimonio solum quoad apparentiam ligatus, procreetur, & tunc legitimus censendus est, si adsit bona fides, saltem ex parte vnus coniugis. Quia bona fides excusat copulam fornicariam, ac proinde illegitimitatem, & est textus expressus in cap. ex tenore. cap. cum inter. cap. perlatum. c. quod nobis. qui filij sunt legitimi. Couar. 2. p. de matr. cap. 8. §. 1. numer. 2. & §. 3. numer. 6. Maiolus de irregularitat. lib. 1. cap. 1. numer. 1. Sayrus lib. 6. de irregularitat. cap. 10. Auila 7. p. de censur. d. sp. 3. dub. 6. in princ. Basl. de Leon. l. 1. de matr. cap. 8. numer. 2. pluribusque firmat Gutier. tract. de matr. c. 7. numer. 2. Vt autem parentes bonam fidem habere censentur in copula, debent p. emissi denunciationibus, & non clandestine contrahere, alia affectores ignorantiae praesumentur: ac proinde in mala fide, iuxta textum in cap. cum in habitibus §. fin. de claudisina respons. at. consonat lex 3. tit. 3. p. 4. Sic Zeuallos in pract. quast. 67. numer. 4. & lego. Sanch. lib. 3. de matr. disp. 42. a numer. 1. Gutier. tract. de matr. cap. 7. n. 9. & alij apud ipsos. Excipit tamen, nisi iustam causam haberent omitendi denunciantes; quia tunc cum non peccarent, non possent dici ignorantiae: ff. Atores. Si alius relatis Zeu. l. os. n. 9. & 10. Gutier. n. 10. Adde in foro externo, ex longa coniugum cohabitatione praesumptio oritur matrimonium legitime celebratum esse, filioque inde nato esse legitimum, sic pluribus firmat Mascard. de probat. concl. 102. & concl. 1316. Gutier. tract. de matr. c. 7. n. 11. longum veto tempus alij affirmant esse decennium omnes tricenarium.

7 Quod si bona fides ante copulam cesset, filius inde genitus non solum illegitimus, sed etiam spiritus censeri debet: vt pote a parentibus inhabilibus ad contrahendum genitus: quoad Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

do autem censetur bona fides cessare in parentibus, non est huius loci, sed petendum est ex his, quae dicimus tract. de matr. & aliqua diximus, 1. par. tract. de conscient. disp. 3. a punct. 5. Certum enim est, neque ob licentiam motam de nullitate matrimonij, neque ob sententiam, quae non transit in rem iudicatam; bonam fidem cessare; quia possident rem bona fide, ob superueniens dubium non impediunt ab illius vsu: & tradit post alios Couar. 2. par. de sponsalib. c. 8. §. 2. numer. 7. Maiol. de irregularitat. lib. 1. cap. 5. numer. 7. & 11. Basl. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 8. numer. 6. & 7. Sed an ob adulterium vxoris filius inde natus constante matrimonio illegitimus censetur: Lxxi tract. de conscient. disp. 3. punct. 5. ibi eam respondit ob hanc causam non esse illegitimum censendum, si maritus ad eam tempore quo possit concipi habuit accessum; quia semper in casu dubij in fauorem filij & matrimonij declinandam est. Quapropter dum manifeste probatum non fuerit, non posse a matre esse genitum, semper pro legitimitate filij est iudicandum. Neque ex dicto ipsius vxoris negantis esse filium legitimam, & est integra probatio desumenda, alias facile possent filios exheredare; solum enim eius dictum aliquam praesumptionem facit, ob quam filius nec se priuare debet iure legitimitatis, neque per iudicem priuandus est, sic Palcosus de spiritus filijs. cap. 24. Menoch. de arbit. casu 89. a numer. 24. Basl. de Leon. lib. 11. de matr. c. 9. numer. 3.

8 De filijs, quorum parentes ignoranter, vulgo expositiuis, est grauis inter doctores controuersa, an sint filij legitimi? Affirmant plures cum Menoch. de arbit. casu 396. per votum. Basl. de Leon. lib. 11. cap. 9. n. 4. Salas 1. 2. tract. 8. disp. vnica. sect. 2. numer. 2. 6. Gratian. dist. p. forens. 35. a n. 31. & alij relati a Garcia 7. p. de benef. c. 2. numer. 7. Mouentur, quia negari non potest plures ex eis filios legitimos esse, & ex legitimo matrimonio natos, & ob inopiam parentem aliis alios expositi. Ne igitur iudicium patiantur, omnes iudicari debent legitimi: interpretatio enim facienda est in fauorem prolis, iuxta textum in c. ex tenore, qui filij sunt legitimi. ibi, in fauorem prolis potius declinamus.

Verum contrariam sententiam plures, grauissimique doctores firmant, & testantur in pract. esse recipiam Couar. element. si filius sit in princ. 1. p. n. 9. Valq. 1. 2. disp. 6. c. 8. n. 48. Rebell. de obligat. iust. 2. p. l. 1. quast. 2. n. 1. Plateus in pract. Episcop. 2. p. c. 1. 2. 27. Gare 7. par. de benef. c. 2. numer. 8. & 10. Salzedo in pract. c. 14. & a sapud ipsos. Ratio est, quia praesumptio iudicanda est ex his, quae frequenter contingunt. Cum ergo frequentissimum sit hos filios expositos ex illicitis congressibus natos esse, & raro succedat ex matrimonio esse generatos, absolute pro illegitimis habendi sunt.

Ergo veto existimo hanc secundam sententiam solum verum esse quoad praesumptionem, non quoad veritatem, ea quae de causa quoad reputationem, & quoad effectus a iure iudicatos. Primam sententiam probo, pro legitimis, inquam, esse habendos. Quia adhuc sufficere videtur, quod aliquando legitimi exponantur, & ne illis prauidicium fiat, omnibus a iure legitimis conceditur. Adde neque quoad praesumptionem reputandos esse filios illegitimos; nam esto concedamus frequentius contingere hos expositos ex solutis nasci, quia tamen haec praesumptio ex frequentius contingentibus infamiam filijs intogat, & in parentibus culpam supponit, ce. ut haec praesumptio, quod sint ex matrimonio generati, esto non ita frequenter contingat. Quia cum duae praesumptiones in vno actu concurrant, semper praualere debet quae delictum excludit, & fauorem continet, vt tradit Menoch. casu 89. n. 23.

§. II.

Qualiter filij illegitimi reddantur legitimi subsecquenti matrimonio.

- 1 Quid sit legitimatio.
- 2 Matrimonio filij legitimantur.
- 3 Matrimonium non solum verum, sed praesumptum, ad Eccl. scilicet tamen ad probatum valet legitimare prolem.
- 4 Hanc vim habet, esto in mortis articulo contrahatur.
- 5 Item esto non subsequatur immediate, sed aliud matrimonium intermediet.
- 6 Item esto coniuges sensu dispares.
- 7 Item esto non interueniant nuptialia instrumenta.
- 8 Quid iure Casareo verum, est legitimare prolem.
- 9 Non obstat huic legitimatiioni parentum contradictio.
- 10 Item neque filiorum contradictio obesse huic legitimatiioni potest.
- 11 Item neque illorum ingratitudo.
- 12 Valet matrimonium ad legitimandam nepotem, etiam mortuo filio naturali.
- 13 Contrarium defendunt plures, & quibus probatur.
- 14 Diluuntur rationes praeced. n. postea.
- 15 Legitimari per matrimonium habiles sunt ad ordines, & beneficia, & ad omnia alia, ac si constante matrimonio nati essent.
- 16 An a puero naturalitatis filiorum matrimonium subsecuens reddat

debet: ea de causa etiam in ceteris imperij contradicatio filiorum legitimationi non obstat.

11. Septimo neque filiorum ingratitudo hanc legitimationem reuocare potest. Nam est legitimo inducta beneficio principis, ingratitudine reuocatur; quia libertati comparatur. At legitimitas per matrimonium, quae legitimitas est naturalis, ingratitudine non reuocatur: bene aduertit Couarr. 2. p. de sponsalib. cap. 8. n. 14. Azot. 2. p. in iust. mor. lib. 2. c. 13. q. 14. in fine.

12. Octauo valet matrimonium ad legitimandum nepotem, etiam mortuo filio naturali, v. g. habuit filium naturalem, & ex eo nepotem legitimum: si filius, qui nepos tibi succedere, non potest; quia non habet iura legitimi comparatione tui, vt in leg. fin. con. de naturalib. liberis. At si mortuo tuo filio concubinam ducas; eo ipso nepos tibi legitimus redditur. Quia ea est vis matrimonij, vt legitimos reddat omnes descendentes ante tale matrimonium genitos, vt satis indicat textus in cap. tanta, qui filij sint legitimi. Tanta (inquit textus) est vis matrimonij, vt qui antea sui geniti, post contractum matrimonium legitimi reddantur. Notanter notem filiorum non expressit, vt omnes descendentes comprehenderet. Item legitimitas nepotum non pendet ex legitimatione filiorum: sed filius deficientibus ad nepotes legitimitas deriuatur; quia non fauore filiorum, sed ipsius matrimonij legitimitas fit, ex dicto cap. tanta, ibi tanta est vis matrimonij. Deinde valet argumentum de adoptione ad legitimationem, vt bene expendit Anton. Gomez, statim allegandus, sed mortuo filio bene potest aus alium adoptare in nepotem, textus in leg. adoptare, ff. de adoptionib. textus in §. 1. in iust. eodem, tit. Ergo per matrimonium legitimitas potest nepos, etiam si filius mortuus sit. Item per rescriptum principis bene potest aus, qui non habet filios, legitime nepotem (ipsum, vt tradit Batt. in leg. Gallus, s. iunc. de lege Velleia fin. c. 1. n. 9. ff. de l. ber. & posthum. Ergo etiam per matrimonium id praeritate potest. Praeterea probat textus in leg. si filij, ff. de gradibus, ibi: si filio meo mortuo filij adoptaui, videri eum defuncti fratrem iussisse, si adoptatus filius censetur frater filij iam. mortui: licet enim non requiritur, vt filius viuat, vt adoptatus censetur frater defuncti, neque etiam requiritur debet, vt nepos ab auctore legitimitas. Non enim legitimitas mediae filio mortuo, sed immediate ab auctore per matrimonium subsecutum: & ita tradunt, alij relati, Ioan. Azot. 2. p. in iust. lib. 2. c. 13. q. 13. Couarr. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 2. n. 19. & leg. Fachinco, l. 3. conuener. c. 5. 6. Molina de iust. panor. primogen. l. 3. c. 1. n. 9. nofer Molina dicta disput. 172. n. 10. Basil. de Leon. l. 11. c. 1. §. 3. n. 23. Anton. Gomez, leg. 9. in iust. c. 61. §. 2.

13. Sed aduersus supradictam conclusionem graues doctores pugnant. Decius cons. 343. Grego. Lopez leg. tit. 13. part. 4. col. 1. n. 2. & in fine. Anton. Gabr. de legitimat. concil. 1. n. 52. & alij relati ad Fachinco, Couarr. Anton. Gomez. Probat primo hac ratione, quia legitimitas ad nepotes deriuatur medijs filijs; quia legitimitas filiorum videtur esse fundamentum legitimationis nepotum. Alias si independenter ad filios nepotes possent legitimitas, etiam si ex legitimo matrimonio nepotes nati non essent, matrimonio aui legitimitas. Sed filij iam mortui legitimitas non possunt. Ergo neque nepotes. Secundo nepos cum auctore coniungitur medio filio ab auctore genito, sed filius mortuus non potest auctore coniungi. Ergo neque potest fieri, quod nepos illi coniungatur: quia vbi medium est inhabile, impedit extrema coniungi. textus in leg. qui sella, §. fin. ff. de seruicib. rustic. Praedict. textus, in leg. tria praedia eodem, tit. Tertio est textus cum glossa in leg. is qui 44. ff. de adoptionib. vbi non potest quis adoptari in nepotem ex filio mortuo, Ergo neque legitimari. Quarto adducit textus in leg. qui libertinus, §. posthumus, ff. de operis libertor. vbi libertus promittens domino suo aliquas operas, ab illis liberatur, si habeat duos, vel plures filios. At si decessit relicto posthumo in ventre vxoris, qui natus est post mortem patris, non liberatur haeredes ab obligatione; eo quod (inquit textus) proficisci liberato a libertate debet. Neque quisquam post mortem liberari intelligi potest. Sed idem videtur dicendum in nepotibus comparatione aui, vt scilicet legitimitas non possit, si filius aui non legitimitas.

14. Verum haec non vrgent: & vno verbo illis satisfacere possumus, dicentes legitimationem nepotibus comparatione aui non communicari a filijs, sed ab ipso matrimonio inter auctorem, & concubinam eius celebrato. Quod inde constat: nam si hoc matrimonium celebratum non esset, nunquam nepotes comparatione aui manerent legitimitas. Sed maioris claritatis gratia ad primum negamus legitimationem filiorum esse fundamentum legitimationis nepotum: non enim tale est, sed ex ipso matrimonio aui filij, & nepotes immediate legitimitas. Neque reputo inconueniens nepotem illegitimum comparatione aui per matrimonium ipsius aui in nepotem legitimitas. Ad 2. dico, nepotem coniungi coniunctione naturali cum auctore medio filio per generationem: at illa coniunctio supposita coniungi potest in ratione legitimationis absque villo medio. Ad 3. dico non posse quem adoptari in nepotem ex filio mortuo, nisi exprimat, cuius filius sit. At facta illa expressione bene potest adoptari. Ad 4. ex leg. qui libertinus respondeo esse longe diuer-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Part. II.

Sam rationem: ibi enim liberato haeredum a libertate prouenire debet: at in praesenti legitimitas nepotum (vt supra dictum est) non prouenit a filijs, sed a matrimonio tempore habili contracto. Rursus si de modo legitimandi loquamur, ita matrimonium subsequens prolem antea susceptam legitimum reddit ad omnes iuris effectus; ac si veris coniugibus suscepta esset: sic Glossa ab omnibus recepta, in dicto c. tanta, qui filij, sine legitimi: & probat, lex. 11. rauri. & lex. 10. tit. 8. lib. 5. recopilat. Sunt enim per omnia iuris fictione legitimi. Audent, quibus modis natura, es efficiantur sui, §. si quis igitur dotalia, ibi, & filios, vel praedictos (nuptias licet) vel conceptos legitimos esse sancimus. sic Couarr. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 2. n. 11. Mol. 3. de primogen. c. 1. d. n. 6. nofer Mol. tract. 2. disp. 172. n. 6. Basil. de Leon. l. 11. c. 1. n. 3.

15. Hinc fit sic legitimos habiles esse ad ordines, & beneficia, etiam ad episcopatum, ac si constante matrimonio nati essent. Quia aequae ac illi ex iuris fauore sunt legitimi, sic Couarr. n. 25. Basil. de Leon. n. 5. Molina dicta disput. 172. n. 6. Azot. 2. p. lib. 2. c. 13. q. 14. Quod adeo verum est, vt si ante contractum matrimonium ordines suscipias, illo contracto poteris ordines exercere: quia tibi sublata est irregularitas, quae solum ex illegitimitate pendet. Basil. supra, cum Sayro lib. 6. de irregularitat. 10. n. 30. Fit secundo eo pacto legitimos succedere patri in emphyteusi ecclesiastica, in feudo, in hereditate, & maioratu, ac filios legitimos: quia per omnia habentur legitimi, imo ita succedunt, vt in successione praeposantur filijs alijs ex tali matrimonio, vel ex alio posteriori genitis, tanquam maiores nati: sic Couarr. vterque. Molina, Basil. Azot. supra. Fit tertio ob eandem rationem hac legitimatione filiorum reuocari donationem factam a parentibus, sicut reuocatur natiuitate filiorum. Deinde reuocari etiam substitutum patri, vel matri sub ea conditione positum, si sine liberis legitimis decesserint, quia iam non decedunt sine filijs legitimis, cum verè hi legitimi sint, sic doctores relati. Fit quarto hos filios sic legitimos habiles esse ad omnia, quae legibus municipalibus filijs legitimis deferuntur. Quia verè subsecuto matrimonio sunt filij legitimi. Neque obstat quod in cap. tanta, qui filij sint legitimi, dicit Pontifex, legitimi habeantur; tacite insinans non esse legitimos, sed pro legitimis haberi, & reputari. Non, inquam obstat, quia verbum illud habeantur, positum a potente filios legitime, veritatem indicat, non fictionem; facitque hunc sensum, legitimi habeantur, & iudicantur; quia verè legitimi sunt: quod pluribus exornat Couarr. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 2. n. 26. Azot. 2. p. l. 2. c. 13. q. 14. Basil. l. 11. de maior. c. 11. n. 4. Fit quinto sic legitimos admitti debere ad successionem hereditatis, fidei commissi, feudi, maioratus, & similia, quae expressim filijs natis ex legitimo matrimonio deferuntur: sic Couarr. 30. Basil. n. 10. Mol. de primogen. lib. 3. c. 1. n. 10. Molij. Iesuita d. disp. 172. n. 8. ver. licet filij, & alij apud ipsos. Ratio est, quia cum matrimonium fictione iuris retrahatur ad tempus conceptionis filiorum, filij antea geniti, illoque matrimonio honestati, ex legitimo matrimonio nati dicantur: confirmat optime Couarr. ex text. in c. cum in cunctis de electione, vbi statuitur episcopum eligi debere ex legitimo matrimonio natum, & tamen in c. innotuit, vbi glossa communiter recepta, admittit legitimos per subsecuens matrimonium. Ergo sic legitimitas verè dicitur natus ex legitimo matrimonio. Aduertit in institutione maioratus posse hos legitimos a successione excludi, vel minoribus natis legitimis, imo & transuersalibus postponi: quia cum in sua potestate situm sit vocare quos voluerit, poterit iis relictis solum eligere illos, qui post contractum matrimonium geniti sunt. Mol. disp. 172. ver. licet.

16. Sed vt vis, & efficacia huius legitimationis per subsecuens matrimonium eluceat, duo restant examinanda. Primum est, an matrimonium ita legitime filium antea genitum quoad successionem, vt a puncto natiuitatis, censetur legitimus, tametsi aliud matrimonium intermediet? Verbi gratia, suscepisti ex concubina filium, duxisti aliam, ex qua filios procreasti, ea mortua duxisti concubinam, filijque ex concubina, qui est maior natus, praerari debet in successione filijs, qui prius fuerunt legitimi? Affirmant plures praefertendum esse; sic citatis alijs Couarr. 2. part. de sponsalib. cap. 8. §. 2. numero 28. Basil. de Leon. lib. 11. de matrimon. cap. 11. num. 9. Mouentur, quia matrimonium quoad legitimationem filiorum retrahitur ad tempus, quo fuerunt concepti: sed si illo tempore matrimonium contractum esset, ille filius concubinae praerendus esset alijs filijs ex matrimonio postea genitis. Ergo etiam modo praerari debet. Quod si dicas matrimonium cum concubina retrahitur ad tempus, quo filius ex ea fuit conceptus, casu quo nullum filijs legitimis praedictum irrogatur, obstat: quia haec limitatio videtur gratis apposta, cum enim textus in cap. tanta, & ibi glossa communiter recepta, absolute dicant tales filios legitimos haberi, sine fundamento fauor hic per legem matrimonio factus restringeretur, praecipue cum satis receptum sit, quoties a iure sit retrahitio alicuius actus, fieri cum omnibus illius qualitatibus, arg. textus, in l. prior. ff. qui prior in pignore habeantur. Et praeterea quia copula illa cum concubina subsecuto postea matrimonio, fingitur a iure, ac si copula maritalis fuisset quoad prius legitimationem. Ergo habet

omnes qualitates, quas matrimonium legitimum habere, quia supponitur à iure loco illius arg. textus in leg. Cornelia, ff. de testam. eaque de causa sic per matrimonium legitimatus habet omnes successiones, & sicutas, quas haberet, si aliis stâte matrimonio susceptus esset, quia per omnia legitimo æquiparatur, vt expressè probat textus in Authent. quibus modis natural. efficiantur sui, §. reliqui, col. 7. & in §. adoptiones, in fine, eodem Authent. Adde ex eodem sententia legitimis filiorum, qui constante matrimonio suscepti sunt dimini ex legitimatione facta subsecuto matrimonio cum concubina. Ergo præiudicium in iure quæsto filiis legitimis obitare non potest legitimationi filij concubinæ quoad prælationem in successione. Et ratio ea videtur esse; quia ius quod filiis legitimis constante matrimonio generatis acquiritur, est ius spe tantum, & sub conditione, ne filius concubinæ prius genitus legitimetur. Ergo illo legitimo per subsequens matrimonium, cessat ius in filiis legitimis, sicut etiam cessat integra portio legitimæ, quæ illis debita erat. Quod confirmari potest exemplo primogeniti mortui, & postea resurgenti. Nam esto ius esset quæsitum secundo genito, ab illo collectur, & rediret primogenito, quia solum sub conditione ne viuat primogenitus illi est concessum, sic videtur dicendum in præsentibus, esse quidem ius legitimis acquisitum sub conditione, ne filius concubinæ legitimetur.

17 Ceterum etsi hæc sententia probabilis sit, tenenda tamen est in iudicando, & consulendo contraria. Tum quia communis. Tum quia fortioribus rationibus fulcitur. Tenet eam plures referens Tiraq. de primog. q. 34. num. 5. & seqq. præcipue num. 43. Molina de primog. lib. 3. cap. 1. num. 7. Anton. Gomez. l. 11. tauri. num. 64. Azor. 2. p. lib. 2. c. 13. quæst. 15. nosse Molinæ tom. 1. tract. 2. de iust. disp. 172. vers. merito. & alij apud ipsos. Ratio fundamentalis est, quia filius constante matrimonio, & minoribus natu genitus ius prælationis absolute quæsitum est, antequam filius concubinæ legitimetur; quia prius fuerunt legitimi: sed subsequens matrimonium nequit hoc ius quæsitum tollere. Tum quia iuri quæsto nunquam intelligitur princeps velle derogare, nisi clare exprimat. Tum quia legitimo nunquam retrahitur in præiudicium alterius ex text. in §. licet igitur. & §. sit igitur licent. Authent. quib. mod. natural. efficiantur legitimi. collat. 6. præcipue cum ead. in præiudicium matrimonij antea contracti, & filiorum, qui inde sunt geniti. Ergo filius concubinæ non legitimetur quoad prælationem computatione filiorum, qui ex prioris matrimonio fuerunt geniti. Et confirmari potest aliquibus textibus adductis ab Antonio Gomez, qui satis verisimiliter hanc communem sententiam probant, primo ex text. in cap. si prore. de rescriptis in 6. vbi si alicui mandatur prouideri de beneficio vacaturo, & alteri parè beneficium prouidetur, qui pendente conditione primi receptus est, hic secundus præferatur primo, etiam si postea purgetur conditio, & recipiatur, & hoc nulla alia ratione, nisi quia huic secundo est prius ius parè quæsitum: sed filiis constante matrimonio genitis est prius ius prælationis, & successio in maioratu quæsitum quam filio concubinæ qui solum est ius concessum sub conditione, quod matrimonium cum concubina contrahatur. Ergo filij geniti constante matrimonio præferendi sunt filio concubinæ. Secundo ex text. in cap. quatuor, eodem tit. de rescriptis in 6. vbi si alicui esset gratia concessa de beneficio vacaturo, & hæc esset reuocata, & alteri concessa, esto postea vacaturo, quia debet intelligi restitutio sine præiudicio tertij, factique textus in c. si Apostolica de prebend. in 6. Sed legitimo est quædam natalium restitutio ex dicto §. licet igitur. Authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi. collat. 4. Ergo non debet intelligi cum præiudicio illorum, quibus ius prælationis, & successio est quæsitum. Tertio probat ex textu in leg. quous Cod. de rei vindicac. vbi habetur illum esse præferendum, in quo prius concurrit traditio, & qualitas prælationis, sed in filiis constante matrimonio genitis prius concurrit qualitas legitimatis, & consequenter prælationis, & traditionis. Ergo tandem probant Antonius Gomez, nosse Molinæ, & alij hanc sententiam ex ratione satis congruenti. Quia si filius illegitimus naturalis præferendus esset legitimis genitis, vxor prius legitima grauiter decepta esset, neque matrimonium celebraret, si id fieri posse intelligeret. Ne igitur in hoc inconueniens decidamus, affirmandum est filium illegitimum concubinæ, & subsequenti matrimonio legitimum, à puncto conceptionis non legitimi quod prælationem computatione filiorum prius legitimatorum, ob ius prius illis quæsitum.

18 Ex his soluitur fundamentum contrariæ sententiæ. Concedo subsequente matrimonio filiis naturalibus antea genitis omnes qualitates, & iuris effectus concedi, qui filiis legitimis conceduntur, nisi aliis fuerint concessi: At quando filius concubinæ legitimetur, iam est ius prælationis, & successio concessum in maioratu filiis constante matrimonio genitis, non igitur illi concedi potest, sed habet, ac si ex secundo matrimonio genitus esset. Quod autem adducitur de minoratione legitimæ, parum viget; tamen Basilium Legionen. conuincat, Quia filiis maioribus ob legitimationem prius obtentam nulla

specialis, & determinata quota portionis debetur, sicuti debetur prælatio successio in maioratu. Sed illis debetur ea legitima, quæ ex hæreditate diuisa in omnes filios per æquales partes restituerit. Vnde sicut filij postremo nati dici proprie non possunt præiudicare filiis prius natis in legitima; quia nunquam acquirerent ius ad determinatam portionem, si filius concubinæ subsecuto matrimonio legitimatus, dici non potest in legitimis præiudicare filiis prius legitimis. Quia ad hoc præiudicium sufficit, quod legitimus sit à puncto contracti matrimonij, et hoc ius legitimum non retrahatur ad punctum conceptionis.

19 Secundum, quod restat examinandum, est, an si matrimonium contrahatur cum concubina in odium substituti, cui maioratus est adiudicatus, casu quo sine liberis decesserit, filij concubinæ ita legitimetur, vt substitutum excludat? Negat communis sententia, quam refert & sequitur Molina lib. 2. de primogen. cap. 5. num. 27. Ant. Gomez. l. 9. tauri. num. 58. Mouentur, quia iustum non est, vt sic contrahens ex sua iniquitate, & malicia commodum reportet, & substituto damnatum inferat, ob quam rationem monasterium, quod ob religiosi ingressum loco filij succedit, & substitutum excludit, vt probat Felin. in cap. in presentia, de probationibus. num. 36. Decius ibid. num. 56. Ant. Gomez. num. 59. Molina n. 28. a successione excluditur, & substitutus præferatur, si conset in odium substituti ingressum factum esse, vt satis colligitur ex cap. constituit. vlt. 20. quæst. 3. vbi circumstanti promissionibus Episcopi, vel Abbatis tonsum suscipientes, esto in illo statu permanente debeant, res tamen eorum non conueniunt, sed hæredibus restituantur.

20 Ceterum verius est oppositum, vt optime defendit nosse Molinæ tract. 2. disp. 172. vers. contrariam sententiam. Mechaca lib. 3. controu. cap. 41. num. 5. Francisc. Sarmient. lib. 1. tit. interpret. cap. 6. Basil. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 11. num. 11. Ratio ea est, quia sic contrahens peccat in motu, & hinc, quam matrimonio apponit, non tamen peccat in matrimonio contrahendo; cum talis contractus illi licitus sit, sed ex matrimonio proeunt legitimo prole, non ex fine, quem contrahens matrimonio apponit. Ergo ex illo matrimonio manet prole legitima. Ergo excluditur substitutum. Neque verum est sic contrahentem ex sua iniquitate, & malicia commodum reportare, & damnatum innocenti substituto inferre: siquidem exclusio substituti non ex malicia contrahentis, sed ex matrimonio contracto proeunt, in quo dici non potest contrahens malitiosè procedere, cum vtatur iure suo, eique licitum sit. Textus vero in c. constituit, loquitur de speciali, & diuerso casu in penam, inquam, prælati quæ turpe lucrum inducentes, aliquos ad religionem falsitatis, & deceptionibus permouent in penam, inquam, huius delicti; monasterium hæreditate priuatur, quæ pena trahi non debet ad contrahentem matrimonium, vel ingredientem religionem ex odio substituti.

§. III.

Qui filij illegitimi subsequenti matrimonio legitimentur.

- 1 Filij nati, & concepti ex parentibus, inter quos matrimonium esse non potest, non legitimentur.
- 2 Contra filij ex habitibus ad contrahendum procreati legitimentur.
- 3 Si tempore copule parentes non fuerint inhabiles, esto fuerint tempore natiuitatis subsequenti matrimonio legitimentur filij.
- 4 Si tempore copule inhabiles existerent, esto tempore natiuitatis fuerint parentes habiles, Plures censent non legitimentari filios.
- 5 Contrarium est probabilior.
- 6 Dissoluitur fundamentum oppositum.
- 7 Idem dicendum est de filio concepto, & nato tempore, quo parentes inhabiles existerunt, si dum fuit in ventre, habiles existerunt.
- 8 Si solum ab vno parente impedimentum fuerit cognitum, plures censent non posse legitimentari.
- 9 Probabilior est legitimentari posse.

Regula est filios natos, & conceptos ex parentibus, inter quos validè matrimonium contrahi non potest, subsequenti matrimonio non legitimari decidit in c. 2. qui filij sui legitimi, vbi suscepti filij ex concubina viuente propria vxore, tamen postea vxore mortua concubinam duxerit, non legitimentur. Et idem est de quolibet alio impedimento, sic omnes doctores, & ratio est manifesta. Nam matrimonij subsequens ceterum prolem ante (susceptam legitimum reddit, quatenus ius fingit eo tempore, quo suscepta est, matrimonium esse contractum, at in impeditis impedimento dirimente id fingi non potest; quia matrimonium est illis impossibile. Ergo matrimonium subsequens non potest prolem susceptam ex impeditis impedimentum dirimente legitime.

2. Econtra

2. Contra filij suscepti ex habilibus ad contrahendum, quae vocantur filij naturales, & non spurii, subsequenti matrimonio legitimitur, ut dicitur in dicto cap. tanta, & tradunt omnes. Quapropter filius natus ex patre in minoribus ordinibus constituto, & beneficium habente, subsequenti matrimonio legitimitur; quia ordines minores, & beneficium non reddunt patrem inhabilem ad contrahendum, imo neque impedimentum exigente dispensationem, cum in eius potestate sit beneficium, & privilegium ab ordinibus accepto priuatis: sic alius relatis, Couarr. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 2. n. 5. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 5. 2. Sayrus lib. 6. d. irregular. c. 8. num. 17. Basil. de Leon. lib. 11. de matrim. cap. 2. num. 5. Deinde etiam parentes voto simplici calitatis ligati essent, cum filium susceperunt, non inde impedire filium a legitimatione subsequenti matrimonio; quia vere naturalis est, & non spurius, cum votum simplex calitatis non reddat inhabiles ad contrahendum: & ita patet relatis §. 1. num. 3. docet Basil. de Leon. lib. 11. de matrim. cap. 2. n. 6. testaturque omnes doctores Salmeronenses consentire. Praeterea ob eandem rationem filius susceptus ex parentibus, qui sponsalia de futuro contraxerunt, a legitimatione per subsequenti matrimonio non excluditur, quia sponsalia non reddunt inhabiles ad matrimonium, ut supra dixi §. 1. n. 4.

3. Sed dubium est, an verum filius illegitimus a legitimatione per matrimonium impediatur, debeat esse conceptus, & natus eo tempore quo parentes sunt inhabiles ad matrimonium? Et quidem si tempore copulae non fuerint inhabiles, etiam tempore natiuitatis inhabiles existerint, filius inde natus subsequenti matrimonio legitimitur; quia absolute non fuit ex inhabilibus, sed ex habilibus conceptus. Ergo matrimonium in illud tempus fictione iuris reiectum filium legitimum reddit, quodque satis colligitur ex textu in dicto cap. tanta, ubi ad impediendum legitimationem copula inter impeditos spectatur ibi: *si vir viuente vxore sua alium cognouerit, &c.* Ergo stante copula licita ab impedimento filius subsequenti matrimonio legitimitur. Adde filium conceptum in iis quae sua inter sunt reputari natum. *l. qui in vtero. ff. de statu hominum.* Sed si conceptus, & natus esset ex habilibus ad contrahendum, nemini est dubium subsequenti matrimonio legitimitur. Ergo etiam legitimitur, cum solum conceptus est, si multis relatis docet Garcia 7. p. de benef. cap. 2. num. 38. Basilius de Leon. lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 8.

4. At si tempore copulae fuerint inhabiles parentes, eo quod consanguinei essent, vel vxorati, alio impedimento ligati ad contrahendum, quod impedimentum tempore natiuitatis filij cessauit, vel quia mortua est vxor, quia dispensatio impetrata est. Non desunt doctores, qui sentiant subsequenti matrimonio legitimitur non posse. Sarmiento lib. 1. s. 1. de matrim. cap. 5. Garcia de benef. 7. p. cap. 2. n. 38. & alij apud ipsos. Motuatur praecipue ex leg. Paulus 11. ff. de statu hominum. ubi Iuriconsultus inquit, cum qui viuente patre, & ignorante de conceptione filij conceptus est, licet post mortem aui natus sit, iustum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videtur. Ecce quia ratione tempore conceptionis, & non natiuitatis inspicitur. Nam quia conceptionis tempore pater viuens in matrimonium filium non consensit, & iure ciuili matrimonium consistere non poterat; etiam tamen tempore prius habilis filia fuerit ad contrahendum, vt pote sui iuris effecta, filius inde natus legitimus non videtur. Neque satisficit solum, quam tradit Couarr. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 2. n. 3. & Fachin. lib. 3. controuers. cap. 50. circa finem, nempe illum filium legitimum non esse; quia non constat tempore natiuitatis fuisse inter eius parentes renouatum consensum, qui certe necessarius erat ad matrimonij valorem, cum praecedens consensus insufficientis fuisse ob ignorantiam patris. Non, inquam, satisficit. Tum quia praesumitur adfuisse consensum post aui mortem. Tum quia si post aui mortem iste consensus non adfuit, nec fuit validum matrimonium, ridiculum erat Iuriconsulti responsum. Ergo dicendum tempore conceptionis spectari. Alia leges adducuntur in fauorem huius sententiae, quas libens omitto; quia iacentium non probant. Rationem vero subdit Sarmiento. Delictum (inquit) in coitu committitur, non in natiuitate. Ergo natiuitas inspicienda non est, praecipue cum leges natiuitatis filiorum spectantes, non tam pro illorum legitimitate, quam pro eorum libertate expeditae sint.

5. Caeteram mihi probabilius apparet, filium conceptum ex parentibus inhabilibus, natum vero ex habilibus legitimum reddi matrimonio subsequenti: sic alius relatis Gregor. Lopez l. 1. tit. 13. part. 4. num. 3. Couarr. cap. 8. §. 2. num. 2. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 50. Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 7. num. 19. & disp. 35. num. 47. Sayrus lib. 6. de irregular. cap. 10. n. 19. Basil. de Leon. lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 2. Molina tract. 2. de iustit. disp. 172. n. 2. Guierri. tract. de matrim. cap. 7. n. 6. Azor. 2. p. insit. mor. lib. 2. cap. 13. quest. 8. & alij. Praecipuum fundamentum desumitur ex textu in dicto cap. tanta, qui filij sine legitimi, ubi non solum conceptionem, sed etiam natiuitatem filij ab impeditis videtur spectasse, ne filius subsequenti matrimonio legitimitur, sed spurius remaneat. Inquit enim textus. *Si vir viuente*

vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, &c. proles autem natiuitate suscipitur. Ergo non solum conceptio, sed natiuitas spectatur ad legitimum impedimentum. Deinde probatur potest ex l. 5. ff. de statu hominum: ubi, *ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt, sufficit autem liberam fuisse eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit, & contrario si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur liberum nasci.* Ad idem est lex nuper. C. de naturalibus liberis: ubi, *in huiusmodi questionibus, in quibus de statu liberorum est disputatio, non conceptionis, sed partus tempus inspicitur.* Et hoc fauore facimus liberorum, ut editionis tempus statuamus esse spectandum, exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas exspectat. consentit iis lex 11. Tauri, quae est lex. 9. tit. 8. lib. 1. recopil. ubi: *Y porqu no se puda dudar quales son hijos naturales, ordenamos, y mandamos que entones se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que nascieron, o fueron concebidos sus padres podian casar con sus madres iustamente sin dispensacion.* Ergo ex hac lege, & ex aliis relatis constat manifeste, vt filius spurius subsequenti matrimonio legitimum non possit, debere non solum concepti, sed nasci a parentibus toto illo tempore contrahere impeditis.

6. Fundamentum aduersae partis facile putat Basil. Legionen. lib. 11. cap. 3. num. 3. sine, dissoluere, dum dicit illam esse specialem iuris dispositionem in illo casu, quando matrimonium fit sine parentum consensu, vt filij inde suscepti nunquam quoad successione efficiantur iusti filij, licet matrimonium validum fuerit. Sed hoc dictum maiorem difficultatem ingerit. Nam admissio validum esse matrimonium, inspecto iure ciuili, absque consensu parentum celebrato (quod videtur esse contra communem sententiam, & contra expressum textum in l. 2. ff. de ritu nuptiar. ubi: *Nuptia consistere non possunt, nisi consentiant omnes qui coeunt quorumque sunt in potestate.*) Unde constat filios ad successionem inhabiles reddi, si quidem textus negantes filios iurum; qui sine parentum consensu matrimonium celebrant, iustos esse, nullam de successione specialem limitationem fecerunt. Quapropter retinenda est solutio Fachini & Couarr. & ad eius impugnationem respondeo, illud matrimonium optime posse a filio mortuo parente nouo consensu celebrari. At quia de tali consensu non constat; ea de causa dixit Iuriconsultus filium inde natum iustum non videri. Notantem dixit *iustum non videri*, quia non apparet nouo consensu non apparet iustum filium esse. Quod autem talis nouus consensus apparere non poterit, inde colligitur. Tum quia constat post mortem parentes simul habitasse: bene enim poterat nasci filius absque cohabitatione; Tum quia nulla dotalia instrumenta adferunt, quae ad nouum consensum, & valorem matrimonij, inspecto illo iure, videbantur requiri. Ad rationem respondeo, peccatum parentem adesse in copula, non in natiuitate filiorum. At quia legitimitas filiorum non est inducta in fauorem parentum, sed in fauorem ipsorum filiorum: & matrimonij, ea de causa quodlibet tempus, quod filius vtilis sit, vel conceptionis, vel natiuitatis inspicitur. Neque verum est leges pro sola libertate, & non pro legitimatione loqui, cum dicat lex nuper. *Et nostra lex Tauri, expressè de legitimatione loquantur.*

7. Sed quid si filius conceptus sit, & natus tempore quo parentes inhabiles ad contrahendum existerint, at aliquo intermedio tempore, quo in ventre exiit, habiles fuerint? Casus est contingens. Potes namque viuente tua vxore concubinam cognoscere, moritur vxor, ecce habilis es ad contrahendum cum concubina; sed antequam filius nascatur, cognoscis eius consanguineam in secundo gradu, ob quod delictum impediret ad contrahendum. Filius ergo sic conceptus, & natus legitimitur subsequenti matrimonio? Credo legitimitur. Mouet ex l. qui in vtero. ff. de statu hominum. ubi, *qui in vtero est, perinde est, ac si in rebus humanis esset constitutus, quando de commodis eius agitur.* Sed si filius eo medio tempore, quo in vtero est, & parentes eius sunt habiles nascetur, legitimus esset matrimonio subsequenti. Ergo etiam legitimus est censendus, esto tunc non nascatur. Deinde filius ancillae libertatem obtinet, si eius mater tempore conceptionis, vel partus, vel dum illum in ventre habuit, libertatem obtinuit. §. 1. insit. de ingenuis. Ergo idem dicendum est de legitimitate ob matrimonium subsecutum, cum sit eadem ratio, nempe fauor filiorum; & ita tenet Basil. Legionen. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 9.

8. Maior dubitatio videtur esse de filio concepto, & nato a parentibus impeditis contrahere, quod impedimentum ab vno saltem ex parentibus ignorabatur, an, inquam, talis filius subsequenti matrimonio legitimus reddatur? Negat grauiissimi doctores, sic post alios antiquiores, quos referunt Couarr. 2. q. de sponsal. cap. 6. §. 2. num. 17. & 18. Francisc. Sarmiento. lib. 1. s. 1. de matrim. cap. 6. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 55. Garcia de benef. 7. p. cap. 2. num. 33. Molina de Hispan. primigen. lib. 3. cap. 1. num. 11. nosse Molina tract. 2. de iustit. disp. 172. in med. vers. dubium deinde est. Ioan. Guierri. tract. lib. 2. quest. 105. num. 9. & alij. Mouet primo, quis in cap. tanta, qui filij sine legitimi, nulla sit distinctio de bona, vel mala fide, sed absolute dicitur, non legitimum filium conceptum ex aliena, viuente vxore propria. Secundo

cundo cum quis dat operam rei illicitæ, non inspicitur eius opinio, sed rei veritas. *leg. cum qui nocentem. §. si iniuria ff. de iniuriis. leg. aut qui aliter. §. si quis dum puta. ff. quod vi, aut clam. cap. inebriaerunt. 1. quæst. 1.* præcipue cum non agitur de impuratione culpæ, aut pœnæ; sed de effectu inde subsecuto: sed mulier soluta dum se patitur cognosci, operam dat rei illicitæ. Ergo illius opinio, quod non adesse interiplam, & virum impedimentum, inspicienda non est, sed rei veritas, quod fuerint ad contrahendum impediti, & confirmat Fachineus ex *text. in cap. cum inhibito. §. si quis vero. de clandestina desponsat.* vbi statuitur filios natos ex clandestino matrimonio in gradu prohibito contracto, licet ignoranter, legitimos non esse. De parentum ignorantia (inquit textus) nullum habitura subsidium proles, dum illi taliter contrahendo non expertes scientia, vel saltem affectuosa ignorantia esse videantur. Ecce quia coniuges fuerunt in culpa clandestine contrahendo, eorum ignorantia non inspicitur: sic in præsentem cum mulier se cognosci permittat contra caones, & diuinas leges, eius ignorantia de impedimento non est habenda ratio. Et hinc soluitur *textus in cap. ex tenore. qui filij sint legitimi*, qui in contrarium videtur facere, vbi filij nati ex matrimonio inualido, ab Ecclesia tamen approbato, legitimi sunt, qui ibi nullam culpam parentes commiserunt filios generantes; secus in nostro casu, vbi grauiet se cognoscendo peccauerunt.

9 Nihilominus contraria sententia, tanquam matrimonio, & filiis fauorabilior, amplectenda est; cum Glossa in *cap. tanta. qui filij sint legitimi. verbo aliam. Surdo conf. 303. num. 20. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 83. num. 22. Ball. le Leon. lib. 11. de matr. cap. 2. num. 8. & aliis pluribus relatis ab Anton. Gabr. de legitimat. cap. 1. concl. 2. & Fachineo. & Couarr. lo. citatis. Et probatur, quia posita ignorantia inuincibili impedimenti, saltem ex parte vnius coniugis, comparatione illius illa copula solum habet speciem intemperantia, non incestus, adulterij, aut facilitij. Ergo comparatione illius filius genitus naturalis est, non spurcius. Ergo legitimari matrimonio subsequenti poterit. Et licet in *cap. tanta*, nullam fecerit Pontifex expressam mentionem de mala fide parentum se coniungentium viuentem propria vxore, id fuit, quia necessarium non erat; semper enim mala fides in tali copula præsumitur, dum contrarium non probatur. At si supponeret Pontifex bonam fidem, & ignorantiam impedimenti, aliud resoluere argum. *textus in cap. ex tenore. qui filij sint legitimi*. vbi sola fides vnius coniugis contrahentis cum impedimento dirimente, sufficit, vt filij inde nati legitimi habeantur. Ergo etiam sufficit ad prolem bona fide conceptam legitimandam. Nam si matrimonium illud contraheretur tempore quo copula illa fuit habita, bona fides vnius coniugis sufficeret ad legitimam reddendam prolem. Ergo etiam sufficere debet matrimonium postea contractum, quia fictione iuris, & in fauorem prolis retrahitur. Neque vlla habenda est consideratio, quod culpa in coniunctione fuerit commissa: quia non fuit commissa culpa in coniunctione impediendi legitimitatem; siquidem nulla scientia impedimenti habita est.*

Et ex his solum manet primum, & vltimum argumentum contrarium. Ad 2. admitto in dante operam rei illicitæ non spectari opinionem, sed rei veritatem in iis, quæ ex ipso opere illicito formaliter, hoc est quatenus illicitum est, oriuntur. Secus in iis, quæ ex illo opere materialiter illicito proveniunt. Cum ergo ex illa copula fornicata, inuincibiliter tamen ignorata, incestuosa, vel adulterina, nascantur quoad opinionem committentium filij adulterini, vel incestuosi, sed naturales; efficitur sanè subsequenti matrimonio legitimari posse. Ad confirmationem ex *textu in cap. cum inhibito*, respondeo esse longè diuersam rationem. Tum quia ibi matrimonium non est ab Ecclesia approbatum, ac proinde non habet vim legitimandi prolem susceptam. Tum quia illa ignorantia impedimenti non censetur à iure inuincibilis, sed potius crassa, & affectata, ideoque non excusat.

§. IV.

Qualiter rescripto principis filij illegitimi legitimari possint.

- 1 Rescripto principis filij legitimantur.
- 2 In quo hac legitimatio, ab ea qua fit per matrimonium, differat.
- 3 In quo differat à dispensatione.
- 4 Non solet concedi hac legitimatio cum præiudicio filiorum legitimorum.
- 5 Natiuitate filiorum legitimatio antea concessa videtur reuocata.
- 6 Excipit, nisi princeps contrarium velit.
- 7 Filius legitimatus hoc rescripto non potest à parentibus meliorari.
- 8 Succedit non solum parentibus, sed aliis consanguineis.
- 9 Transi in patriam potestatem.

- 10 Legitimatio rescripto principis secularis, vel Ecclesiastici, qui censentur esse veram legitimatorem, & an legitimatio quoad omnia ea, qua talis princeps potest.
- 11 Legitimatio non tam ex potestate adæquata dispensantis, quam ex integra natalium restitutione desumenda est.
- 12 Restitutio ad omnes iuris canonici effectus est vera legitimatio canonica, & restitutio ad omnes iuris civilis effectus est legitimatio civilis.
- 13 An si princeps legitime cum aliqua restrictione, censentur dispensare, vel legitimare? Negant plures esse legitimatorem.
- 14 Probabilis est legitimatorem esse.
- 15 Soluuntur opposita fundamenta.

1 Regula ab omnibus doctoribus recepta est, rescripto principis, hoc est eius indulgentia, & concessione illegitimos filios, legitimos reddi: cum enim legibus ab ipso tempore latas sint redditi illegitimi, id est, inhabiles ad successionem, officia, beneficia, muneraque alia reipublicæ, eiusdem principis beneficia reddi possunt, atque adeo legitimi.

2 Differt autem hæc legitimatio ab ea, quæ per matrimonium fit multipliciter. Primo namque legitimatio per rescriptum principis extendi potest, vt videbimus, tam ad filios naturales, quam spurcios; cum tamen legitimatio per matrimonium solum filios naturalibus concedatur. Secundo legitimatio per rescriptum principis extendi potest, vt videbimus, tam ad filios naturales, quam ad omnes inhabilitates extendi; cum enim alia inhabilitates sint iure Pontificio introductæ, alia iure civili: si rescripto principis Ecclesiastici filius legitimetur eius legitimatio non extenditur ad inhabilitates iure civili introductas. Econtra si rescripto principis secularis fiat legitimatio, nequaquam ad inhabilitates iure Pontificio introductas extenditur. Quia non potest extendi ad id, quod extra eius est potestatem. At legitimatio per matrimonium omnes inhabilitates tam civiles, quam canonicas integre tollit, reddique filios legitimos, ac si constante matrimonio concepti, natiq; essent.

3 Præterea legitimatio differt à dispensatione; in eo quod dispensatio est circa effectus; est enim concessio alicuius effectus illegitimi denegati; at legitimatio est circa personam; est enim personæ habitatio, & incapacitatis sublatio. Ex quo fit dispensatum eam habitatem habere, quæ ex verbis dispensationis strictè intellectis colligitur; at legitimatum per omnia legitimis adæquati, nisi expressè interdicitur. Azor. 2. p. in str. lib. 2. cap. 14. quæst. 2. Vnde legitimatus rescripto principis secularis in bonis parentis, & aliorum consanguineorum succedit, potestque agere querela inofficiosi testamenti, in quo exheredatur, & dicere esse nullum testamentum, in quo præteritur, eo modo ac si legitimus esset, vt patet in *Auribus. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. quoniam variis. §. quæ & aliis colla. 7.* & pluribus exornat Anton. Gomez. l. 9. can. num. 66. Couarr. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 8. num. 1. Molina soluta tract. 2. disp. 17. vers. legitimatus. Excipit, nisi cum ea restrictione legitimatio concedatur, vt possit succedere in eo quod patet ei reliquerit: tunc enim conuerti non potest præteritum esse.

4 Excipit secundo, vt non censetur legitimatio concessa cum aliorum legitimorum præiudicio: sic late, & optime expendit noster Molina *dicto tract. 2. disp. 174.* Quocirca legitimatus principis rescripto non succedit in maiorem, neque in fructu, quod ad extraneos deuenire non potest, neque in legitimis stantibus filijs legitimis, nisi expressè concedatur cum elapsa derogatoria.

5 Quod si antequam filios legitimos habeas, obtineas rescriptum principis pro legitimatorem filij naturalis, natiuitate filiorum legitimorum videtur legitimatio reuocata; quia censetur sub hac conditione concessa, ne filius legitimus præiudicium fiat, ea enim de causa stantibus filijs legitimis legitimatio obrepta pro filijs naturalibus subrepticia committitur censetur, si legitimorum mentio facta non sit; quia non præsumitur, velle principem filijs legitimis præiudicare, quando non exprimit. At idem præiudicium principis in illo casu postea nascantur. Ergo non est censendum principem in illo casu velle legitimatorem concedere. Adde natiuitate filiorum donatio parentis extraneis facta reuocatur. Ergo etiam beneficium legitimatorem reuocari debet; quia est quædam principis donatio, & parentis in illam consensu. Tandem pro hac parte est expressa decisio. *leg. tauri. 12. quæst. 10. tit. 8. lib. 5. compilat.* & ita tradit Anton. Gomez. ibi. num. 68. Matienzo l. 10. tit. 8. lib. 5. compilat. gloss. 2. in fine. Aduertunt tamen supradicti doctores, non reuocari legitimatorem concessum filio illegitimo natiuitate filiorum legitimorum quoad honores, & dignitates patris, & quoad successionem agnatorum; & cognatorum.

6 Verum si princeps sciens patrem habere filios legitimos legitimatorem spurio concedit, vt vetè concedere potest; quia in eius potestate est condiciones à se inducæ pro legitimatorem faciendâ abrogare, & legitimas filiorum diminueret, vel si legitimatorem concedit sub expressa conditione, vt firma

maneat, tamen legitimi nascantur, filius legitimatus patris succedit, quæ ac alij filij legitimi, vt communiter doctores affirmant, quos sequitur Greg. Lopez l. ult. tit. 1. §. 4. in fine. Eman. à Costa in l. Gallus §. 2. quid si tantum. part. 2. concl. 2. à n. 131. Antoa. Gomez l. 9. tit. 1. §. 6. Mantienzo l. 10. tit. 8. ibi. §. recop. gloss. 2. n. 2. Molina disp. 173. in medio.

7 An vero filius legitimatus possit à parente meliorari? Credo cum communi sententia nequaquam posse; neque in eo maioratum intulit; eo quod *Aubert. quibus modis naturales efficiantur sui. §. quoniam variè & l. vlt. §. vlt. Cod. de naturalibus liberis.* expresse dicitur non posse sic legitimato maiorem portionem relinquere, quæ alijs legitimis relinquitur. Et licet supradictæ leges loquantur in legitimo per oblationem curiæ, idem est dicendum in legitimo per receptum principis; cum sit eadem ratio, & tradidit pluribus firmans Molina lib. 2. de Hispanor. primogen. c. 11. à n. 17. noster Molina l. 9. tit. 1. §. 7. vers. *verum autem.*

8 Rufus legitimatus rescripto principis succedit non solum parentibus, sed etiam alijs ascendentibus; & agnatis, quia comparatione omnium est factus legitimus, habetur *Aubert. quibus modis naturales efficiantur sui. §. si quis ergo filios, vers. quapropter. & l. g. 12. cauri.* Neque oblat in §. filium eadem *Aubert.* dicit filium per cuiusmodi causam factum legitimum, ipsi soli genitori legitimum esse: quia est expressa limitatio pro legitimatione per oblationem curiæ, vt constat ex illis verbis *per huiusmodi causam. & c.* ita tradit Gregor. Lopez leg. 7. tit. 15. part. 4. Anton. Gomez l. 9. tit. 1. §. 9. Couar. l. 1. p. de sponsalib. c. 8. §. 10. num. 2. Molina l. 9. tit. 1. §. 7. vers. *utem legitimatus.*

9 Deinde legitimatus rescripto principis in partium potestatem transit, sicut filius legitimus; habetur §. *generaliter. Au. ubi quibus modis naturales efficiantur sui.* & tradit Couar. dicto c. 8. §. 8. n. 5. Quod si de legitimato à Pontifice loquamur, habilis est pendente ac legitimus ad ordines, & quælibet alia beneficia, ita vt si plura beneficia obtineat, non sit obligatus illegitimitate habita mentionem facere; quia hæc iam est beneficio principis omnino sublata: Couar. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 8. n. 5. Mol. disp. 173. circa finem.

10 Sed est dubium, an legitimatio per receptum principis secularis vel Ecclesiastici sit vera legitimatio, an solum dispensatio? Et ratio difficultatis est: quia hæc legitimatio tollunt omnes inhabilitates ex naturalibus prouenientes, sed ex tantum, quæ sub illius principis potestate sunt, vt. si est legitimatio concessa à Pontifice, tolluntur inhabilitates ad ordines, & beneficia, non ad successiones. Et contra si est legitimatio concessa à seculari principe non tollit inhabilitates ad ordines, & beneficia. Ergo illa legitimatio non est vera legitimatio, cum non tollat omnes naturalium defectus, sed est in defectu naturalium dispensatio. Alijs sic legitimatus partim legitimus, & illegitimus maneat; quod est absurdum.

Propter hanc rationem Antonius Gabr. de legitimat. conclus. 8. censet illam dici veram legitimatiorem, quæ illegitimus restituitur ad omnes effectus possibiles à legitimante, illam vero esse dispensationem, quæ ad aliquos tantum effectus restituitur, cum possit ad plures. Quocirca quia princeps secularis solum potestatem habet ad temporalia legitimandi, si hæc potestate vult ad omnia temporalia legitimatum restituit, vera est legitimatio; tamen si ad spiritualia non legitimet, ac si eius potestatem restringat, & non ad omnia temporalia, quæ potest, legitimatum reddat; non est censenda illa restitutio legitimatio, sed dispensatio.

Verum ex hæc doctrina manifestè infertur sic legitimatum partim esse illegitimum, partim legitimum, cum ex parte solum sit naturalibus restitutus. Item sequitur habentem potestatem dispensandi cum illegitimis ad ordines minores & beneficia simplicia, qualem habent Episcopi, posse legitimare, si integra sua potestate utatur, quod est inauditum.

11 Quare dicendum existimo legitimatiorem non tam ex potestate ad quatuor dispensantis, quam ex integra naturalium restitutione desumendam esse. Illa ergo erit legitimatio, quæ illegitimus restituitur ad omnes iuris effectus.

12 Sed quia duplex est ius, aliud civile, aliud canonicum, duplex est legitimatio, alia civilis, alia canonica. Molina tract. 2. de iust. disp. 171. circa finem. Qui ergo ad omnes iuris canonici effectus fuerit restitutus, legitimus canonicè erit; qui vero ad aliquos, tantum erit dispensatus: sic qui fuerit ad effectus iuris civilis restitutus, legitimus civiliter erit; qui vero ad aliquos, dispensatus. Quod si vigeat. Ergo stare optimè potest, esse aliquem partim legitimum, partim illegitimum; cum possit esse ad canonici iuris effectus restitutus, manens inhabilis ad effectus iuris civilis; aut contra? Respondet id non esse inconueniens, cum comparatione diuersorum iurium fiat: & ita tenent fere omnes doctores in discussu referendi, supponentes principem secularem verè legitimare posse; tamen solum reddat habitum illegitimum ad temporalia, pluribusque comprobat Couar. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 8. n. 4.

13 Sed est dubium, an vera sit legitimatio, quæ princeps te habitum facit simpliciter, vel ad temporalia, vel ad spiri-

tualia, aliqua tamen restrictione apposita; vt. g. Princeps secularis te habitum reddit ad omnia civilia, ita vt inde præiudicium filius legitimus non proueniat, vel concedit successorem, si pater voluerit, vt tu illi succedas. Item Pontifex te habitum reddit ad ordines, & beneficia, ita vt Episcopus propius non contradicat, estne hæc legitimatio, aut dispensatio?

Negant hæc esse legitimatiorem Antonius Gomez l. 9. cauri. num. 70. & plures ab eo relati. Mouentur; quia legitimatio est naturalium restitutio ad omnes effectus iure canonico, vel civili illegitimis denegatos: sed princeps legitimatiorem cum illa restrictione concedens non te restituit ad omnes effectus denegatos; si quidem non te restituit in casu quo præiudicium tertio fiat, neque ad successorem necessariam, sed voluntariam patris, neque ad beneficia, & ordines Episcopo contradicente, cum tamen vera legitimatio nullam horum limitationem dicat. Ergo talis restitutio non est legitimatio, sed dispensatio. Et confirmari potest, si te princeps ad successorem agnatum, & non patris, habitum redderet, & Pontifex te captaem constitueret ordinum, & beneficiorum, nequaquam legitimatus esses in naturalibus, sed solum dispensatus. Ergo etiam dispensatus es, & non legitimatus, cum te habitum constituit princeps ablatæ supradictæ restrictione apposita, quia virtute illius restitutionis te habitum reddit ad vnos effectus, & non ad alios: deinde non potest fieri arrogatus, & adoptatus ad certum tempus; quia id adoptioni repugnat, ex *lexu in l. si tibi ff. de adopt.* ergo neque ad certum tempus legitimatus. At ex appositione illius restrictionis censetur ad certum tempus legitimatus, quia censetur legitimatus, dum non est tertij præiudicium, vel Episcopi contradicente. Ergo, &c.

14 Nihilominus probabilis censet appositionem supradictæ restrictionis non impedire legitimatiorem, sic alijs relatis Couar. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 8. num. 1. Molina de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 38. affirmans pro hac parte in supremo Castellæ Senatu esse iudicatum. noster Molina tract. 2. de iust. disp. 173. vers. *lubitans doctores.* Basili. Legionem. lib. 11. de matr. cap. 4. num. 3; Mantienzo. l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. gloss. 1. n. 5. Ratio ea est; quia appositio illius restrictionis non impedit legitimatum habitum esse ad omnes effectus iure denegatos; sed solum impedit ne illa habilitate utatur, dum est præiudicium, vel contradicente. Alias si ex sola illa restrictione legitimatio impediretur, nulla ferè legitimatio in regno Castellæ fieret, siquidem Carolus V. l. 21. tit. 2. lib. 6. noua compilat. & Philippus I. l. 20. tit. 12. lib. 2. eiusdem compil. statuerunt filios illegitimos rescripto principis legitimatos non gaudentes nobilitate illa parentum (quam *hidalgos* vocant) nisi eam seculsa legitimatiore habeant, aut expresse in rescripto concedatur. Potest ergo legitimatio concedi absolute, & effectus illius aliqua ex parte impediri.

15 Et ex his soluntur rationes oppositæ. Dico ergo legitimatiorem habitum legitimatum reddere ad omnem successiorem. Quod vero sub aliqua conditione hæc habitus concedatur, non destruit veram legitimatiorem, quæ in habilitate personæ sita est. Ad confirmationem nego ex tali restrictione te constitui habitum ad aliquos effectus, & non ad omnes. Ad omnes namque es constitutus dependenter ab aliqua conditione. Ad secundam confirmationem nego legitimatiorem pro limitato tempore esse, sed absolute pro omni tempore, sub illa tamen conditione.

§. V.

Qui possint legitimatiorem concedere.

- 1 Solus supremus princeps potest legitimare.
- 2 Ex speciali commissione sæpè inferiores legitimatiorem concedunt.
- 3 Ex potestate concessa legitimandi non est potestas concessa legitimandi ad fenda, & maioratus.
- 4 Pontifex in spiritualibus omnes legitimare potest, in temporalibus sibi subditis.
- 5 Dispensando in radice matrimonij quoscumque Pontifex legitimare potest.
- 6 Que requirantur pro certis ad hanc legitimatiorem.
- 7 An stante matrimonio nullo possit Pontifex te legitimatum reddere? Negant plures.
- 8 Verius est oppositum.
- 9 Ad hinc inhabilitatem tollendam non est opus, quod parentes viuam, & denuo contrahant.
- 10 Valet hæc legitimatio, esto in aliorum cedat præiudicium.
- 11 An ex illa clausula in dispensationibus apponi solita, prolem, si quæ est, legitimam decernendo, legitimetur proles non solum quoad spiritum, sed etiam quoad temporalia? Negat Sanchez, & alij.
- 12 Verius est oppositum.
- 13 Satisfit cuidam obiectioni.
- 14 Censeturne Pontifex legitimare prolem, si matrimonium ratum habeat, vel in illo perseverare concedat? Affirmatiuè respondeo, esto contra alij teneant.

- 15 Proles sic legitima succedit in maioratu.
- 16 Exclusus a maioratu, quia se sacris iniuravit, si ex dispensatione contrahat matrimonium, in maioratu succedit secundum aliquos.
- 17 Sub distinctione responderetur.
- 18 Principes temporales solum in temporalibus legitimize subditos possunt.
- 19 Ad ius parvontatus bene possunt legitimize, sed indirecte.

Certa conclusio est fere ab omnibus recepta, solum supremum principem, quique in temporalibus, vel in spiritualibus superiorem non recognoscit, legitimize posse; quia solus ille est, qui iura abrogare potest, & impedire ne habeant effectum, atque ad o iura in habiles habiles reddere. Abbas in cap. per venerabilem qui filii sunt legitimum. 23. Basili. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 5. in prin. Mol. tom. 1. de iust. rati. 2. disput. 173. verb. legitimize. Azor. 2. p. iust. lib. 2. cap. 24. quast. 5. & alij passim. Ex quo fit solum Pontificem in spiritualibus hanc potestatem habere; quia solus ille iura illegitimitatis iure canonico in totum abrogare potest. Secundo fit in temporalibus quemlibet principem supremum eam potestatem habere. Unde non solum Imperator & Rex, sed etiam alij principes supremi, qui leges condere possunt, & conditas abrogare, hanc potestatem legitimize in suo dominio habent. Basili. lib. 11. de matrim. c. 5. num. 15.

Inferioribus tamen iure concessa non est hæc potestas. Nam esse Episcopis datum fit posse illegitimos habiles reddere ad ordines minores, & beneficia simplicia, quia tamen non est illis concessum posse eos habiles reddere ad omnes iuris canonici effectus ea de causa eorum habitatio non legitimize, sed dispensatio nancipatur. Molin. Azor. & Basili. Legion. supra. Et idem est quoad civitatem de aliquibus magistratibus.

2 At ex speciali commissione a principe supremo sæpe inferiores legitimationem concedunt. Quia cum hæc potestas sit iudicialis, & competat principi iure ordinario, optime potest eam cui pluerit delegare. Ipsi vero inferiores adverte debent, ne limites concessionis excedant; sæpe enim illis potestas ad dispensandum conceditur, non ad legitimum, & ex potestate ad dispensandum non inferitur potestas legitimum, quæ potior est. Covarr. cum communi sententia 2. part. de sponsalib. cap. 8. §. 3. num. 6. Molina disp. 173. vers. observandum est. Ex potestate tamen legitimum bene inferitur potestas dispensandi concessa. Nam licet hæc potestas diversa sit, at potestas dispensandi in potestate legitimum includitur; qui enim simpliciter potest illegitimum habitum reddere ad omnes iuris effectus, a fortiori poterit ad aliquos reddere habitum. Sic Molina supra. quomodo Covarr. numer. 10. contrarium videatur sentire.

3 Præterea ex potestate tibi simpliciter concessa legitimum, non inferitur data potestas legitimum ad feuda, & maioratus: sic Covarr. num. 6. vers. observandum est. Quia ex illa potestate solum potes simpliciter legitimize, sed legitimum simpliciter rescripto principis non est habitus ad feuda, & maioratus, ut tenet communis sententia in l. Gallus. §. quid sit tantum. ff. de liber. & posthum. Ergo neque tu poteris ad feuda, & ad maioratus legitimize. Ob eandem rationem ex eadem potestate simpliciter concessa legitimum, nequaquam poteris legitimize stantibus filiis legitimis; quia illa potestas non extenditur amplius, quam simplex legitimum; at hæc locum non habet stantibus filiis legitimis. Ergo neque illa potestas. Quapropter ut potestas legitimum locum habeat, itante aliorum legitimum præiudicio, id clarè explicari debet, saltem illa clausula generali, qua tibi concederetur plena, & libera legitimum facultas. Basili. Legionen. lib. 11. de matr. cap. 5. in fine. Verum si tibi potestas concedatur legitimum filios spirituos, poteris & filias legitimize. Quia sub nomine filij & filia in favorabilibus comprehenditur, & potestas legitimum, ut pote beneficium principis, & non contra ius, late est interpretanda. Covarr. dicto. c. 8. §. 3. n. 7. Mol. dicta disp. 173. vers. observandum est.

Restat ergo examinare qualiter Pontifex, alique principes supremi hanc legitimum potestatem exercere possint?

4 Qua in re Pontifex sine dubio illegitimos legitimize potest in spiritualibus ad ordines, & ad beneficia. Nam cum ab ipso Pontifice ius reddens illos inhabiles ad ordines, & ad beneficia statutum sit, ab illiusque voluntate pendeat; poterit quos maluerit ab eo iure eximere. In temporalibus autem solum temporaliter sibi subditos legitimize poterit, quia Pontifex (ut ex communi sententia constat) non poterit per se, & directè leges supremorum principum tollere, & illarum efficaciam in sibi non subditis minuire. At si causa grauis intercedat ad bonum spirituale pertinens, bene poterit Pontifex illam legitimum tationem concedere; quia tunc iudicio temporalis spirituali subicitur, & ex spirituali iurisdictione, quam ad gubernandam Ecclesiam habet, poterit legitimize prolem quod temporalia, quando hinc gubernationi necessaria est. Constat hæc doctrina ex cap. per venerabilem qui filij sunt legitimi, & ibi glossa, & doctores; & tradit Covarr. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 8. n. 18. Mol.

de Hispanor. primos. lib. 3. c. 2. n. 11. noster Mol. tr. 2. de iust. disp. 173. in prin. Basili. de Leon. lib. 11. de matr. c. 5. n. 6. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 7. n. 1.

5 Controversia ergo est, an dispensando in radice matrimonij, possit Pontifex te illegitimum legitimum reddere, non solum ad spiritualia, sed etiam ad temporalia. V. g. natus es in Hispania ex parentibus impedimento ligatis poterit ne Pontifex te legitimum reddere ad honores, & bonorum successionem eo modo, ac si ex vero matrimonio genitus esses?

6 Et quidem si nullo, nec ficto matrimonio existente genitus es, neque tui parentes matrimonium contrahunt, nequaquam poterit Pontifex te legitimum ad temporalia reddere, quia cessante matrimonio cessat radix, ex qua legitimum ortum habere potest, effectusque legitimum directè quoad temporalia, quæ Pontifici concessa non est: sic ex omnium sententia statuit Sanch. lib. 8. de matr. disp. 3. n. 3. & 7. Secundo est certum, si genitus es ex matrimonio nullo, ob impedimentum a Pontifice indispensabile, scilicet quia defuit consensus, vel quia vox prima vivebat, nequaquam legitimum poteris; quia non poterit Pontifex nullitatem illius matrimonij tollere, & consequenter nec matrimonium radicem legitimum honestate: sic Sanch. n. 8. & 10. Basili. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 5. num. 8. quod bene limitat Sanchez dicto n. 10. quando impedimentum est certum, secus si dubium fuit; quia in dubio non est spolians Pontifex possessione potestatis, quam habet dispensandi. Tertio certum esse debet illegitimos spiritus subsecuti matrimonij legitimum posse, si id Pontifex concedat; sicut enim Pontifex illegitimos naturales legitimos reddit matrimonio subsequenti, sic poterit illegitimos spirituos. Quod ergo per legem statui poterit, poterit & aliquo casu speciali decerni, & tradit Rota apud Basili. Legion. lib. 11. c. 5. n. 1. decis. in medio, & etiam in 2. in medio, & apud Garc. 7. p. de benef. c. 2. n. 40. Sed non est credendum id fieri, nisi clarè constet, cum sit derogatio communis iuris statui in tantum, qui filij sint legitimi.

7 Quare duplex est dubitatio. Prima, an Pontifex possit ad matrimonium nullo a quo genitus es, removere illegitimitatem, & consequenter omnes inhabilitates, quæ a iure canonico, & civili tibi proveniunt? Negat Molina 1. 3. de iust. disp. 173. n. 3. & alij relati a Sanch. lib. 8. de matr. disp. 7. n. 3. in fine. ubi referit ex addit. nona Nauarri conf. 2. tit. qui filij sunt legitimi ad finem Gregor. XIII. mense Nouemb. 1584. negasse hæc dispensationem sibi petitam, addidisseque non posse. Moverunt, quia Pontifex non poterit facere, quod matrimonium illud invalidum, ex quo genitus es, non fuerit invalidum, & consequenter quod ex illo non fueris genitus illegitimus, inhabilitateque illegitimum non contraxeris. Sed hæc inhabilitates non solum proveniunt a iure canonico, sed etiam a civili; in quo Pontifex nullam potestatem habet. Ergo neque habere poterit potestatem ad te legitimum, & confirmo, si absque illo matrimonio ex copula fornicaria natus esses, non possit Pontifex te legitimum reddere ad temporalia; quia iure civili illegitimus factus es, & inhabilis. Ergo neque poterit, cum matrimonio initum est. Quia esse irritum matrimonium, ac non esse matrimonium, pro eodem reputari debet.

8 Cæterum verius est, posse Pontificem te in supradicto casu legitimum reddere tam quoad spiritualia, quam temporalia, honores, & successiones: fit aliis relatis Covarr. 1. p. de sponsalib. cap. 8. §. 3. num. 13. Molina de Hispanor. primos. lib. 3. cap. 2. n. 12. Sayrus thesaur. casuum. 1. lib. 6. de irregularitat. tit. 2. n. 2. & cap. 11. num. 6. Sanch. innumeris relatis, lib. 8. de matr. disp. 7. n. 4. Basili. de Leon. lib. 11. cap. 5. num. 9. Garcia 7. p. de benef. cap. 2. n. 41. & 42. Ratio fundamentalis est; quia licet Pontifex facere non possit, quod matrimonium illud, ex quo genitus es, invalidum non fuerit; at potest effectus ex illo provenientes omnino tollere revocando illam legem, qua tale matrimonium irritum fuit, ac si nunquam edita fuisset, quod constat ex clement. unica. de immunit. Ecclesiar. ubi Clemens V. revocavit quosdam prædecessorum constitutiones etiam quoad effectus antea productos: ibi quidquid ex eis subsequutum est, non de via penitus revocamus, & eis habere volumus pro infectis: sed vult ex præceptis effectibus illius irriti matrimonij est illegitimitas. Ergo facta revocatione illius legis, & sublata per dispensationem illegitimitas, quam tibi illud matrimonium nullum reliquit, perit omnis inhabilitas tam iure canonico, quam civili inducitur; quæ in illegitimitate illius matrimonij fundabatur. Hincque ratio contraria soluta manet. Ad confirmationem respondeo, cum es illegitimus, eo quod nullo existente matrimonio sis genitus, nequit Pontifex te habitum reddere ad temporalia; quia illa illegitimitas non est solum iure Ecclesiastico inducitur, sed civili, in quo non poterit Pontifex dispensare, quæ provenit ex matrimonio irritum, immediatè ex solo iure Ecclesiastico habetur, cum solum ex illo habeatur matrimonium esse irritum. Quare dispensante Pontifice in radice matrimonij tollit te illegitimum, & consequenter omnes inhabilitates in illa fundatas: in tantum enim ius civile te inhabilem ad honores, & successiones facit, in quantum ex matrimonio irritum, & nullo fueris illegitimus: at sublata tali illegitimitate cessant inhabilitates iure civili inducitur.

DE
CAST
PAL
TO
II

Ex quo sic ad hanc inhabilitatem tollendam superuacaneū esse, quod tui parentes uiuunt, & de nouo matrimonium contrahant; quia non sicut legitimum per matrimonium de nouo contrahendum, sed per dispensationem in radice matrimonij contracti, & remotionē illegitimitatis inde proueniens. Quare etiam si tui parentes mortui sint, hæc via legitimi potes: sic Mol. *Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 2. n. 12. Sayrus lib. 6. de irregularitat. c. 11. n. 6. Sanch. pluribus locis dicta disp. 7. n. 6. Basili. lib. 1. c. 5. n. 10. quibus contra sentiat Ioann. Gutier. de matrim. c. 74. n. 10. motus eo facto Gregor. XII. Negantis hanc dispensationem; cui respondere possumus, tum de illa negatione non satis constare, tum quia fortè abique causa legitima ceteratur dispensatio, & ideo dixit se illam concedere non posse.*

10 Hinc sic validam esse hanc legitimacionem, etiam si in aliorum cedat præiudicium, quia præiudicium aliis proueniens impedire non potest facultatem Pontificis, sic Sanchez & Basili. *supra*. Debet tamen Pontifex ne peccet, iusta causa moueri ad hanc legitimacionem concedendam, quia dispensat in lege præiudicante aliis successoribus legitimis; sic Nauar. lib. 4. *consil. in 1. edit. tit. de sponsal. con. 3. circa finem. Et in 2. edit. lib. 4. tit. qui filij sint legitimi. con. 2. in fine. Sanch. lib. 8. de matr. dicta disp. 7. num. 5. Quare namquam consensum esse hanc legitimacionem à Pontifice concedi tunc recti præiudicium, nisi elatè id exprimat, iuxta reg. de non tollendo iure quæsitio. Sanch. *supra*. n. 6. fine. Gutier. de matr. cap. 74. n. 26.*

11 Secunda dubitatio non leuis est, an per clausulam illam in dispensationibus appositam pro matrimonio contrahendo, vel contracto reuadendo nempe ut non obstante impedimento fiat dispensatio ad matrimonium inter se liberè & licitè contrahendum, prolem susceptam, si quæ sit, & suscipiendam legitimam decernendo, hæc legitimatio proli susceptæ concedatur non solum quoad spiritualia, sed etiam quoad ciuilia, ac si ex legitimo matrimonio suscepta fuisset?

Negat Sanch. lib. 8. de matr. disp. 7. n. 14. Gutier. de matr. cap. 74. n. 10. Mouentur ad præcipue ratione; quia illa clausula apponitur eodem modo, siue proles habita sit contracto matrimonio, siue non; sed quando non est contractum matrimonium, neque figura matrimonij exitit, proles suscepta per matrimonium legitimi non potest; quia non legitimum matrimonium subsequenti, cum sit concepta, & nata à parentibus impeditis, iuxta textum in cap. rana. qui filij sint legitimi. Neque etiam legitimi potest matrimonio antecedenti, cum neque figura illius præcesserit. Ergo nulla ratio illa clausula legitimi potest. Et licet Pontifex eodem tenore verborum decernat legitimam esse prolem ex illo matrimonio suscipiendam, ac suscipiendam; non inde (inquit Sanch.) debet inferri eodem modo legitimi. Nam verbum illud decernendo, comparatione proli suscipiendæ declaratiue sumitur; declarat namque futuram esse legitimam, utpote ex uero matrimonio generatam; comparatione uero proli susceptæ effectiue sumitur; quia per decernendum interponendum legitimitatem; ac proinde non legitimum in radice matrimonij, sed extra. Neque est inconueniens idem uerbum in eadem oratione diuersimodè sumi comparatione diuersorum ut constat ex cap. capitulum. de rescriptis. in 6. in 2. glossa. in uerbo relaxatis. Hinc infert Sanchez n. 14. illam legitimacionem proli susceptæ solum esse quoad spiritualia, esto sit in rebus suæ ditioni temporaliter habetis; quia omnibus communis est, neque Pontifex sic legitimam prolem censetur uti potestare dominij temporalis, cum id non exprimat, sed solum potestare spirituali Pontificis. Deinde dicit Sanch. n. 25. Gutier. n. 22. ex vi illius clausulæ, quia Pontifex sic impeditis concedit, ut possit in matrimonio contracto remanere, non legitimi prolem etiam quoad spiritualia; quia illa non est legitimum matrimonij, neque proli, sed solum remotio impedimenti, quod matrimonio contrahendo obstat. Quapropter concludit ad legitimacionem plenam proli antea susceptæ necessarium esse, ut pontifex in matrimonio, ex quo genita est, legitimet, & approbaret ex tunc, id est ab eo tempore, quo genita fuit.

12 Ceterum uerius est supradicta clausula in dispensationibus apposita legitimi prolem incestuosam subsequenti matrimonio celebrato, sicuti legitimitatem prolem susceptam naturalis subsequenti matrimonio initio. Mouet præcipue ex autoritate Rotæ sæpius pro hac parte sententiam ferentis, ut constat ex his, quæ adducit Garc. 7. p. de benef. c. 2. n. 40. Basili. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 5. n. 12. Gutier. tract. de matr. cap. 74. in fine. Neque pro hac parte deest ratio. Negari enim non potest, posse Pontificem in fauorem matrimonij, & proli susceptæ concessionem cap. rana. extendere, ut matrimonium non solum legitimet filios naturales, sed etiam spurios, & incestuosos; quod ergo potest lege, & constitutione præstare, id præstat illo specialis casu per illam clausulam. Tum quia eodem tenore uerborum decernit prolem suscipiendam, & suscipiendam sicuti legitimam. Ergo eodem matrimonio legitima redditur. Tum quia hic modus legitimi proli nobilior est, & excellentior. Ergo credendum est Pontificem id præstare.

13 Neque obstat, quod tempore illo, quo proles genita fuit, non uideatur fuisse genita ex affectu futuri coniugij, cum fuerit coniugium impossibile ob impedimentum. Ergo non fuit

capax legitimacionis subsequenti matrimonio, iuxta textum in dicto cap. rana. cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. Non inquam, obstat; quia subsecuta dispensatione, & matrimonio celebrato, iam ius præsumit ex affectu futuri coniugij per dispensationem celebrandi prolem generari, ac proinde capax esse legitimacionis; ut latius hæc omnia in supradictis decisionibus Rotæ habentur.

14 Tertia dubitatio est: an si Pontifex legitime, & ratum habeat matrimonium quod nullum erat, uel in illo concedat pericuerare, dispenset in radice matrimonij, & prolem susceptam legitime? Negat Sanch. *supra*. d. disp. 7. n. 24. & 28. quia nec Pontifex cedere potest in matrimonio irritò perseuerare, neque illud ratum habere potest. Ergo illa uerba non retrotrahuntur ad præteritum contractum, sed futurum respiciunt, faciuntque hunc censum; matrimonium, quod antea nullum erat, nouo consensu accedente legitimamus, & ratum habemus, & in illo concedimus perseuerare. Ex quibus uerbis nulla esse uideatur facta legitimatio proli. Ceterum sustinentur contrarium ob supradictas decisiones Rotæ, quas sequuntur Garcia à n. 42. Basili. *supra*. Ratio est, quia ex stylo curiæ legitimum matrimonium, illudque ratum habens censetur à contractu prius facto omnem irritationem, & illegitimacionem tollere, illudque fictione iuris ita legitimum reddere, quoad omnes effectus, ac si legitime à principio factum esset. Et idem est dicendum, cum concedit in contractu perseuerare: concedit namque perseuerare in illo contractu, qui nullus fuit, ualido iam per dispensationem effecto, & secluso ab eo omni impedimento irritationis ex illo tempore, quo primo fuit celebratus: quia uerbum illud perseuerandi retro respicit, & contractum in quo perseuerare debes legitimum supponit. Facta uero legitimacione matrimonij, ab illo tempore proles concepta redditur ex consequenti legitima.

15 Hinc fit hæc prolem incestuosam sic subsequenti matrimonio legitimam succedere in maioratu, & excludere substitutionem; quia uerè ex legitimo matrimonio, sicuti succedit filius naturalis subsequenti matrimonio legitimus.

16 Hinc etiam uideatur inferri exclusum à maioratu; quia se factis initiati, aut reuocati vitam susceperit, si Pontifex cum illo dispenset, ut matrimonium contrahat, eo ipso maioratum obtinere possit; quia intentio fundatoris excludentis initiatum factis à maioratus successione fuit, quia erat incapax legitimam successione habendi. Ergo cessante hac incapacitate, cessare uideatur dispositio. Neque obstat alteri esse ius quæsitum; quia fuit ius quæsitum durante primogeniti incapacitate, secus illa si blata: quod exemplo primogeniti mortui, & resurgens manifestari potest; durante enim morte primogeniti secundo natus succeditur si primogenitus resurgat, primogenium illi debetur; sic Basili. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 5. §. fine. n. 13.

17 Ceterum hæc in re distinguenda censet, aut secundo genitus dominium maioratus, seu hereditatis acquisiuit tempore quo factis initiatus est primogenitus, aut non. Si dominium acquisiuit, credo ex dispensatione illa non esse hereditatem secundo genito auterendam; quia uideatur in ipsum translata in perpetuum, & irrevocabiliter, eo quod censetur in perpetuum excelsus primogenitus. Item dominium alicui acquisitum non potest nisi ex causa publica, & bono cambio ab eo auferri. Adde qualitatem requisitam ad successione debere esse eo tempore, quo substitutionis credit dies: Ex textu in leg. non oportet. ff. de legatis. 2. & in leg. interuenit. ff. de legatis. præstandis. & pluribus exornat Molina de Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 13. n. 37. Cum ergo posuimus hereditatem esse translata in secundo genitum ob incapacitatem primogeniti, quamuis postea hæc incapacitas remoueat, maioratum non acquirat, Molin. de Hispanor. primogen. lib. 3. c. 2. n. 14. Molin. Iesuita tract. i. disp. 624. n. 5. At si maioratus delatus non est secundo genito, eo quod uiuac uicimus illius possessor & uicente illo primogenitus habilis reddatur ad matrimonium, credo in maioratu succedere, quia ad successione habilis tempore quo defertur hereditas spectanda est, ut satis colligitur ex leg. 1. §. vit. ff. de bonorum possess. con. 1. ubi ubi habet filii patris habet filium, & ex illo nepotem, & filius deportet, si durante deportatione filij pater moriatur, succedet nepos; quia deportatus habetur pro mortuo. At si uiuente patre filius restituitur, ipse succedet; quia diu ius fuit suspensum, & sublato impedimento reuiscit, & consolidatur: sic est dicendum in nostro casu; & ita tenet uterque Molina loco allegato.

Quod si dicas fieri præiudicium secundo genito, aliisque uocatis, negandum est; quia secundo genitus, alique uocati solum uocati sunt ad successione post mortem uicini possessoris, casu quo primogenitus habilis non existat. Ergo ex habilitate primogenito concessa nullam præiudicium considerabile aliis fit. Adde hoc ius successione ante delatam hereditatem parum considerabile esse, quia variable est. l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. l. proies rerum, cum similibus. ff. ad l. 1. Falcid. Et hæc de potestate Pontificis.

18 Alij uero principes supremi legitime sibi subditos possunt quoad temporalia tantum, nempe quoad honores, & successione, etiam si successio debeat esse in secundo, aut in maioratu. Nam licet ex simplici legitimacione non censentur legitimi

matu ad successionem feudi, vel maioratus, ut aliis relatis tradit Molin. lib. 3. de primogen. c. 3. n. 9. Couarr. 3. var. cap. 6. n. 7. Iulius Clarus lib. 3. sentent. §. feudum. q. 82. At si specialiter ad illam successionem legitimis, succedere potes, dummodo à voluntate instituentis fideicommissum non excludatur sic Couarr. supra, & noster Molina tract. 2. de iustit. disp. 174. in fine. Ad spiritualia autem ex limitatione principum secularium nequaquam habilis esse potes. Quia nullam in spiritualibus habent potestatem. Quare ex nulla horum principum legitimatione capax esse potes ordinum, ac beneficiorum; illa vero legitimitio in radice matrimonij, quam Pontifici concessimus, principibus secularibus competere non potest, cum illis denegatum ab ecclesia sit matrimonij impedimenta statueri, illave tollere, iuxta textum in cap. 1. de sponsalib. & cap. tuam. de ordine cognit. & ita tradit Sanch. lib. 8. disp. 7. num. 11.

19 Ad ius patronatus esto spirituale sit, quia tamen rebus spiritualibus solet annexi, bene possunt principes seculares habilem indiretè reddere sibi subditum, Nam habitando ad successionem hereditatis, cuius patronatus annexum est, consequenter ad ipsum ius habilitant: sic aliis relatis Couarr. tuus 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 8. num. 18. Basilus Legionen. lib. 11. cap. 1. num. 14. Ioan. Azor. 1. p. lib. 2. c. 4. quæst. 7. Molina tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. nem.

§. VI.

De his, qui legitimi possunt.

- 1 Legitimandus debet esse subditus legitimantis.
- 2 Quid si bona intra tuum territorium existant, poterint alienum subditum legitimare? Affirmant aliqui.
- 3 Contrarium est dicendum.
- 4 Filii sacri opposita rationi.
- 5 Princepsne possit filium suum legitimare? Negant aliqui.
- 6 Verius est oppositum.
- 7 Non potest filius ex vi talis legitimationis in regno succedere.
- 8 Filium clericum plures negant à principe legitimi posse.
- 9 Verior est contraria sententia.
- 10 Pontifex potest statuere, ne bona clericorum ad filios spiritalis deueniant, esto à principe seculari legitimati sint.
- 11 Si filius clericus in sacris sit, vel beneficiatus, plures firmant sacris probabiliter legitimi à principe seculari non posse.
- 12 Probabilis est oppositum.
- 13 Qualis consensus legitimi, & parentum requiratur.
- 14 Filius natus ex parentibus impeditis ad contrahendum an legitimi possit? Proponitur dubitandi ratio.
- 15 Verius est legitimi posse.

1 **C**onstat ex §. precedenti, legitimum subditum esse debere legitimantis, quia legitimitio actus est iurisdictionis saltem voluntaria; ac proinde necessatio in subditum exercenda. Quod omnino verum est, quando non solum legitimandus, sed bona ad quæ legitimatur, extra territorium legitimantis existunt. Quia extra territorium nulla est iurisdictione. l. ult. ff. de iurisdic. om. iudic.

2 Dubium tamen est an si bona intra tuum territorium existant, possis alienum subditum ex consensu parentis, & illorum quorum interest legitimare? Affirmat Bald. Proem. Codic. column. penult. & alij relati à Fachino lib. 3. controuers. c. 58. in princip. Moucor, quia legitimitio est actus iurisdictionis voluntaria, eo quod inuiti dari non potest §. generaliter. Auth. quibus modis naturales efficiantur sui. sed actus iurisdictionis voluntaria ubiq; exerceri potest & à quocunque iudice. l. 2. ff. de officio proconsulis. l. 2. c. de emancipatio liberij. præcipue cum iurimini ex hac legitimatione fiat præiudicium; si quidem ei consentiant omnes, quorum interest. Ergo fieri potest à iudice erga non subditum. Adde ratione rei iuræ videtur principem iurisdictionem habere ad legitimum alienum subditum.

3 Negatiua tamen sententia amplectenda est cum Abbate in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. n. 23. Couarr. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 8. n. 14. Fachin. supra. Basil. Legionen. lib. 11. de matr. c. 6. n. 7. & aliis videtur; decisa esse in d. c. per venerabilem. vbi Pontifex dicit se legitimare filios Regis Francia, quia id facere potest absque alterius iniuria; eo quod nemini sint subiecti. Ex quo manifestè colligitur, si alteri subiecti essent, eos legitimare non posse. Et ratio est manifesta; quia legitimitio est inhabilitas per legem inductæ remotio, sed nemo potest ab hac inhabilitate quempiam remouere, nisi is, qui cum per legem à se latam inhabilem fecit. Ergo nullus potest alienum subditum legitimare; si quidem nullus potest alienum subditum suis legibus ligare.

4 Neque obstat ratio contraria. Admitto namque legitimationem esse actum iurisdictionis voluntaria; nego tamen à quocunque iudice exerceri posse. iurisdictione namque voluntaria quæ à quocunque iudice potest exerceri, est iurisdictione, quæ

ex consensu subditi prorogari potest, secus quæ à subditi non pender, qualis est potestas legitimandi. Et licet nullum præiudicium parentibus, aliisque vocatis fiat ex illa legitimatione; non inde inferitur ex ipso iurisdictionem aliquam in non subditum iurisdictionem acquiri; iuxta l. priuatorum. C. de iurisdic. om. iudic. ex ratione vero rei sitæ nulla communicatur Principi iurisdictione, cum hæc personam spectet, non res circa quas est successio, & docuit Basil. Legionen. lib. 11. c. 6. num. 11.

5 Secundo dubitatur; an possit princeps filium suum legitimare? Negat Iaf. in l. qui iurisdictioni præst. ff. de iurisdic. om. iudic. consentit Basil. Legionen. lib. 11. de matr. c. 6. n. 1. in fine. Moucor. Tum quia legitimitio est actus mixtus ex iurisdictione voluntaria, & contentiosa, cum sæpe fiat in inuitum, & parte contradicente; sed iurisdictione contentiosa exerceri non potest à patre in proprium filium. Ergo neque legitimitio potest à patre in proprium filium exerceri. Minorem probat dicta lex, qui iurisdictioni ubi: Qui iurisdictioni præst. neque sibi nisi dicere debet, neque uxori, neque liberis suis, neque liberis, vel uxoris quos secum habet. Adde neminem posse suo proprio facto authoritatem præstare: iuxta textum in cap. fin. de iustit. & tradit Glor. in dicto cap. per venerabilem; verbo tanquam princeps præstaret autem si proprium filium legitimaret. Ergo dicendum est illi fieri non posse.

6 Ceterum contraria sententia verior est, quam defendit Abbas in dicto cap. per venerabilem §. in super. per textum. ibi. 13. & Bald. in l. si consul. 4. ff. de adoptionib. Couarr. 2. de sponsal. c. 8. n. 20. Mol. tract. 2. de iust. disp. 173. vers. princeps. Ratio est quia ex communi sententia legitimitio, actus est iurisdictionis voluntariae per se, licet per accidens, & ex consequenti aliquando habeat adiunctum actum iurisdictionis contentiosæ, sed iurisdictionis voluntariae actum optime potest patet in filium exercere argumento manumissionis, adoptionis, quæ à patre in filium fieri possunt. l. 1. & 2. ff. de officio pratoris. l. 2. §. 4. ff. de adoptionib. Ergo & legitimationis actum optime potest patet in filium exercere. Adde esto legitimitio actus est iurisdictionis contentiosæ: ac bene à patre in filium exerceri potest, si filius ipse consentiat; quia in voluntaria bene potest ius suo dicere. l. in priuatis. ff. de iudicis. Neque contradicit lex, qui iurisdictioni. Tum quia ibi de conuentientia; non de necessitate videtur loqui. Tum quia loquitur de iure, quod alij præcedunt sibi competere. At ius legitimationis solum legitimitio competere potest, non aliis, qui legitimationi contradicunt, esto ex legitimatione illis in consequentiam præiudicium fiat.

7 Ex vitamen huius legitimationis non potest filius legitimatus in regno succedere, si à republica statutum est, ut solij legitimi succedant; quia legitimitio recepto principis, sub legitimo non comprehenditur, ut pluribus comprobatur Molin. de Hisp. primog. lib. 3. c. 3. n. 3. & segg. & ita tradit Mol. tract. 2. de iustit. disp. 163. vers. princeps. Qui autem potestatem habere à principe legitimandi, proprium filium legitimare non potest quia hæc legitimitio extraordinaria est, & sub dubio principi conditur, non est igitur credendum in generali clausula communicari. Quapropter in particulari exprimenda est, ut censeatur comprehensa. Couarr. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 8. numero 21.

8 Tertio dubitatur de filio clericum à principe seculari legitimi possit? Negant Dominic. à 5. Germiniano in cap. de iudicis. in 6. Part. cons. 1. n. 23. lib. 2. & in Senatu Parisiensi de statutu fuit anno 1562. prout testatur Gregor. Tolosan. lib. 2. synag. cap. sine. Alexand. consil. 87. volum. 2. quod incipit in v. codicillis. Moucor. primo; quia ad legitimationem huius filij requiritur patris clerici consensus. At clericus in laicum iudicem consentire non potest. cap. si diligenti. de foro com. quod non solum de iurisdictione contentiosa, sed etiam voluntaria ferè omnes doctores interpretatur. Ergo iudex laicus hanc legitimationem concedere non potest. Secundo mouentur; quia bona clericorum sunt exempta à laica potestate, cap. exco. sanctæ Maria. de consuet. Ergo laicus non potest in illis iurisdictionem exercere: ac exercet legitimando filium clericum in quidem ex tali legitimatione bona clericorum ei manent applicata. Ergo id facere nequaquam potest.

9 Affirmatiua tamen sententia, nempe posse iudicem laicum legitimare filium clerici facultatem quoad honores, & successiones verior est, & tenenda; Quia legitimitio est actus iurisdictionis exercitus in personam legitimatam. At ille filius cum secularis sit subditus est iudici legitimari. Ergo nihil obstat potest legitimationi. Nam consensus parentis ad legitimationem non est requisitus ad propagandam, vel concedendam iudici iurisdictionem in ipsum clericum, sed in ipsum filium laicum præiudicium mandam, vel potius ad impediendum ipsius clerici præiudicium. Bona vero ad quæ legitimatur, esto exempta sunt à tribu. tis, & gabellis, dum à clerico possidentur, non tamen exempta sunt, quominus post mortem eius alteri à principe applicentur, & ius successionis concedatur. Leges vero, quæ per hanc legitimationem relaxantur, ciuile sunt, & non canonice: legibus namque ciuilibus statutum est, ne illegitimi in parentum suæ legitimationis, siue clericorum bonis succedant. Ergo nihil obstat hanc legi

DE
CASI
PAL
ATO
II

legitimationi. Facit pro hac sententia § illud in Authent. quibus modis natur. efficiantur sui in illis verbis. Quid enim si ad sacerdotium alter eorum ascendat; quibus satis indicat Imperator se posse legitimare filium sacerdotis, & ita tenet Decius conf. 150. num. 5. Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 8. num. 10. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 59. Molina tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. ad que autem Basil. de Leon. lib. 11. de matrim. cap. 6. num. 6. Martiencz lib. 5. recopilat. tit. 8. leg. 10. gloss. 1. num. 13. & alij apud ipsos.

10 Aduertit tamen optime Mol. supra. vers. illud tamen. posse Pontificem lege sua statuere. ne bona clericorum ad filios eorum spurijs deueniant, quantumuis à principe legitimati sint, vt hac via clerici à libidine fruantur, & impediuntur, ne occasione ditandi filios facticiosos pauperibus debita alimenta donentur. Neque ex hac constitutione inferitur Pontificem in laicum iurisdictionem exercere, sed solum in clericum, eorumque bona impediendo, in filios transferantur. Quod fecit Pius V. in sua bulla, quam refert Nauar. de sponsal. clerici. §. ult. n. 6. notab. 4. circa finem. quæ tamen non videtur recepta in his Hispaniæ regnis, prout testatur Mol. tract. 1. de iust. disp. 169. circa finem.

11 Maior dubitatio est, si filius clerici legitimandus in factis sit constitutus, vel si in minoribus sit beneficium Ecclesiasticum habuit, ratione cuius soli principum legibus habeatur, inquam, hic legitimari possit à principe seculari? Negat Decius conf. 150. n. 4. Azor. 2. p. in finit. moral. lib. 2. c. 15. §. 5. in fine. Basil. Legionen. lib. 11. de matr. c. 6. n. 9. Mouentur, quia laicus in clericum exercere nullatenus iurisdictionem potest, etiam ipso clerico consentiente, iuxta tit. de foro comp. Sed legitimatio, vt sæpè dictum est, iurisdictionis est exercitium. Ergo hæc iudex laicus computatione clerici exercere non potest. Item supradictus clericus exemptus est à laica potestate. Ergo iudex laicus illum legitimare non potest. Quia legitimatio (vt omnes supponunt) fieri necesse debet in subditum.

12 Cæterum est hæc sententia sit satis probabilis, probabiliorem ex animo affirmantem à iudice laico hanc legitimatiōnem faciendam esse, sic docent alii relatis Couart. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 9. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. in med. vers. quando filius. Mouet ea consideratione Nam hic filius ob leges ciuiles inhabilitates spurijs ad successionem patris, est inhabilis ad succedendum, quamque inhabilitatem contraxit tempore quo licet erat, neque illam excludit clericatus accepto, sed legum ciuiliū relaxatio ad illarum conditorem pertinet. Ergo ad ipsum pertinere debet legitimatio, conditor autem harum legum est iudex laicus. Ergo ad ipsum legitimatio pertinet. Neque obstat clericum exemptum esse à iurisdictione laica; quia non est exemptus integrè à iurisdictione directiua, sed à coercitiua. Alijs nullus legibus ciuilibus obligari possit contra receptam sententiam, de qua tract. de legib. disp. 1. diximus.

13 Quarto dubitatur, qualiter consensus legitimandi, & parentum ipsius requiratur. Si spectata iuris dispositione legitimatio faciendâ est, constat non solum parentum, sed ipsius legitimatio consensus requiritur, habetur expressè § generaliter. Authent. quibus modis natural. efficiantur sui, & subditur ibi: nam per legitimatiōnem transit legitimatus in patriam potestatem; ac proinde usufructus bonorum ipsius, & administratio ad patrem pertinet. Non igitur erat conueniens, vt renuente patre, vel filio, hanc legitimatiōnem princeps concederet, sic omnes doctores. Ad hæc tamen, si legitimatio esset dimissa, vt scilicet solum respiceret personam legitimati, quam habilem redderet princeps ad honores, aliaque officia republicæ, & non ad patriam successionem, nullus patris consensus requiritur; quia sua non interest, & ex principis beneficio habet. Sic Martiencz, l. 4. recopil. l. 10. tit. 8. §. 1. n. 11. Nunquam vero consensus aliorum agnatorum aut consanguineorum requiritur, tametsi legitimatus ad successionem patris consequenter maneat legitimatus ad aliorum successionem. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. item legitimatus respectu. Qualis autè consensus requiratur? Eman. Costa in l. Gallus. §. quid si tantum ff. de liber. & posthum. p. 2. concl. 1. & Mol. tract. 2. de iust. disp. 173. vers. vt legitimatio, negant esse necessarium expressam, sed sufficere præsumptum, dummodo hæc præsumptio non colligatur ex sola iustitia legitimatiōnis, & silentio, sed ex aliquo actu, quod non nisi legitimatiōnis iure effici poterat. Cæterum probabilius credo te sufficienter consentire, si scias legitimatiōnem, & scias, neque contradicatis, cum contradicere possis ex leg. in adoptionib. §. ff. de adoptionib. & videtur decidi in leg. 2. §. ult. ff. soluto matrimonio. ibi: scire cum exigimus, vt videtur non contradicere. Et ratio ea est, quia cessatio contradicendi cum scientia legitimatiōnis est virtualis legitimatiōnis approbatio. Basil. Legionen. lib. 11. de matr. c. 6. n. 13. vide Martiencz. leg. 10. tit. 8. lib. 5. recopil. gl. 10. n. 11.

Dixi spectata iuris dispositione. Nam si princeps velit vt plenitudine suæ potestatis, poterit inquit quemlibet legitimare, cum eum legitimatiōnis conditiones à iure humano statueret, princeps iuris illius constitutor, eas relaxare poterit. Tit. 1. de nobilit. c. 6. n. 1. Aut, Gabr. tit. de legit. conel. §. in fine. Basil. supra. n. 14.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

Hinc sit absentis legitimatiōnem eff. cum non habere, quousque ipse illam ratam habeat, neque infantis legitimatiōnem, quousque ipse liberè consentiat. Excepi nisi ex plenitudine potestatis princeps ei velit hoc beneficium concedere. Azor. 2. p. in finit. mor. l. 2. c. 14. §. 9.

15 Quinto dubitatur, an filius natus ex parentibus impeditis ad contrahendum legitimari possit? Ratio difficultatis est, quia legitimatio est natalium restitutio, at hic nequit natalibus restitui, cum non possit princeps copulam illam, ex qua genitus est, legitimam, & coniugalem facere. Ergo eius restitutio non est legitimatio, sed dispensatio. Adde Auth. quibus modis natural. efficiantur sui §. ult. prohibet his filiis legitimatiōnem concedendi, neque naturales vocari, neque participanda eis illa clementia est. Huc accedit horum filiorum restitutio dispensationem vocari, in cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, & ita tenent plures relati à Fachin. l. 3. controu. c. 57. in pr. & à Martiencz l. 5. recopil. l. 10. tit. 8. gloss. 1. n. 1. quos ipse sequitur Couart. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 8. n. 4. testatur sibi aliquando hanc opinionem placuisse.

16 Cæterum verius est hos à principe legitimari posse, si plenitudine suæ potestatis utatur: sic Couartius & Fachin. supra. Molin. tract. 2. de iust. disp. 173. in princip. Basil. Legionen. lib. 11. de matrim. cap. 6. fine. Ratio est; quia hæc inhabilitas, & illegitimitas iure humano introducta est, iure enim nature omnes filij legitimi nascuntur. Sed quæ iure humano inducta sunt, principis voluntate abrogari, seu mutari possunt, sed naturali iustitiam de iure nature genitum, & ciuili. Ergo potest hæc inhabilitas mutari, & loco illius legitimatiōnis naturalis succedere. Neque obstat principem non posse copulam illam, ex qua filius legitimandus genitus est, legitimam reddere, quominus non possit filium naturalem legitimare. Non enim ad legitimatiōnem requiritur restitutio natalium ex matrimonio, sed natalium ex natura, & sic restitutus reputatur; ac si ex vero matrimonio natus esset, quamuis matrimonium inter parentes esse non possit. Lex autem illius Authent. statuit hos filios indignos esse legitimatiōne, ac proinde iure ordinario legitimandos non esse, at non tollit, neque potest tollere à principe potestatem illos legitimandi, si sibi placuerit, textus vero in c. per venerabilem, vtur verbo dispensationis, quia legitimatio est quædam iuris dispensatio, si quidem illegitimus, & alioquin iure inhabilis ad successionem admittitur.

S. VII.

Quæ conditiones exprimentæ sunt, validum sit legitimatiōnis scriptum.

- 1 Debet matrimonium inter parentes moraliter esse impossibile.
- 2 Debet fieri mentio, si forte pater habeat filios legitimos.
- 3 Non est opus exprimere alios cognatos, & consanguineos patri succedentes.
- 4 Deinde est mentio faciendâ substituti.
- 5 Potest sine princeps legitimare prolem, vt in hereditate cognatus delata succedat: Affirmant plures, si nondum possessionem habeat.
- 6 Contrarium censet renendum.
- 7 Idem est dicendum, esto hereditas delata sit, sed nondum adita.
- 8 Idem de substituto sub conditione, si pater sine liberis ex legitimo matrimonio decedat.
- 9 Secus dicitur aliqui, si conditio sit, si decedat sine liberis legitimis.
- 10 Contrarium etiam in hoc casu verius existimo.
- 11 Si substitutio facta est sub conditione, si ultimus possessor sine liberis necesserit, an hunc substitutum excludat filius naturalis? Ex circumstantiis substitutionis desumendum est.
- 12 In legitimatiōnis imperatione citandi sunt qui ius ad hereditatem habent impedibile.
- 13 Qui excludantur in legitimatiōne concessa sub hac conditione, nempe sine præiudicio legitimorum.
- 14 In imperatione legitimatiōnis explicari debet qualitas illegitimitatis.
- 15 Apponitur quædam limitatio.
- 16 Requiritur causa ad concedendam legitimatiōnem.
- 17 Qualiter legitimatus, vel dispensatus habilis est ad beneficia.

1 Primo, & præcipue requiritur, ne possint parentes matrimonium contrahere, vel quia cum aliis illorum decessit vel est longe absens, vel quia cum aliis fornicationem commisit, vel se inhabilem moraliter fecit. Nam seclusa hac impossibilitate saltem morali, nequaquam princeps legitimatiōnem concedit, cum eam subroget loco matrimonij, quod credit impossibile: probatque textus in Authent. quibus modis natural. efficiantur

B b

efficiantur legit. §. si igitur, collat. 6. & tradit Couarr. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. n. 5. Gregorius Lopez l. 4. tit. 13. part. 4. verbo de barraga. Molin. de Hispan. primogen. l. 3. c. 3. num. 39. noster Molin. tract. 2. disp. 173. vers. item si h. Matienzo. l. 10. n. 8. lib. 5. compil. gloss. l. n. 10. & alij plures ab eisdem relati.

2. Secundo requiritur, vt legitimandus mentionem faciat, si forte eius pater habeat filios legitimos. Quia spectata ordinaria potestate non censetur princeps cum prauudicio legitimum velle legitimacionem concedere: habetur expresse in §. si quis ergo, & sequenti. Authent. quibus modis naturalis efficiatur sui, & §. generaliter, eod. tit. & Authent. quibus modis efficiatur legitimi, §. si igitur, & docent passim doctores. Videtur autem cessare necessitas hos legitimos filios explicandi, si ipse in impetratione legitimacionis consentiret. Quia tunc cessaret eorum prauudicium: sic An. Gabriel, de legitim. concl. 6. n. 17. Basil. Legionen. lib. 11. de matr. c. 7. n. 3. Sed non caret difficultate. Quia mentio legitimorum non solum expositulatur, vt fiat eis prauudicium, sed vt intelligat princeps, non esse necessarium subrogare filios naturales loco legitimum, qui est finis legitimacionis, cum filij legitimi adint. Nunquam tamen ob parentum consensum exculatur legitimandus ab expressione legitimorum; quia consensus parentis non impedit eorum prauudicium, nec superfluum subrogationem: Couarr. 2. p. de sponsal. lib. 8. §. 9. n. 7. Azor. 2. p. lib. 2. c. 14. q. 11. Basil. Legionen. supra. S. vero nullus adit filius legitimus, & legitimandus habeat patrem, & auum, vtriusque consensum existimo in regnis Hispanie necessarium esse. Quia in his regnis patri carenti filij legitimis necessario succedit aus in duabus partibus, ita vt non possit filius de illis liberè disponere, sed ob prauudicium legitime filijs legitimis necessario competens est mentio faciendi filiorum legitimorum. Ergo etiam ob prauudicium successione auorum, est mentio illorum facienda, & ita tenet Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. item si legitimatio. cum Eman. à Costa in leg. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de l. & posthum. 2. p. n. 146.

3. Alios vero cognatos, & consanguineos succedentes patri ab intestato, non est necessarium exprimere. Quia solum succedunt casu quo pater aliter de bonis suis (vt potest) non disposuerit, cum autem liberum patri sit cui voluerit bona sua relinquere, nullum agnatis, & consanguineis ex illa legitimacione prauudicium fit: ac proinde eorum mentio non est facienda, Couarr. 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 9. n. 7. Decius conf. 55. col. 1. & 3. Titaeque in l. si vnquam, God. de reuocandis donat. verbo susceperit. n. 53. Basilus l. 11. c. 7. n. 4. Quod procedit non solum viuente patre, sed illo mortuo, casu quo in morte expositulauerit filij legitimacionem, & sub ea conditione illum heredem instituerit: quia tunc ex voluntate principis effectus legis suspendentis censentur heredes non acquirere ius ad bona defuncti, nisi casu quo princeps voluntati parentis defuncti non auerit, legitimando filium, vt patet expositulatur. At si princeps filium legitimauerit, vt verè legitimare poterit, sicut poterat in vita, cessat ius hereditibus concessum: sic ex Bart. & alijs tradit Couarr. supra, & multis allegatis Matienzo leg. 10. tit. 8. lib. 5. recipit. gloss. l. n. 10. Molin. tract. 2. de iustit. disp. 174. vers. illud etiam. At patente intestato mortuo non potest legitimandus legitimacionem impetrare, quia exprimit hereditatem cognatis delatam esse, quia non est censendus princeps velle illis in iure quaesito prauudicare, Couarr. n. 9. Matienzo n. 19. Azor. lib. 2. c. 14. q. 10. Basil. c. 7. n. 4.

4. Deinde est mentio faciendi substituti, si forte aliquis sit in hereditate patris, casu quo sine liberis legitimis decesserit, quia cum pater non potuerit liberè de hereditate disponere, sed obligatus sit substituto relinquere, ipseque substitutus ius succedendi habeat, non est credendus princeps huic iuri prauudicare velle: sic alijs relatis Couarr. dicto cap. 8. §. 9. numer. 8.

5. Sed grauis est, inter inuisperitos controuersia, possint princeps de plenitudine suae potestatis tibi legitimacionem concedere, vt in hereditate cognatis delata succedat: Et quidem si cognati hereditatis possessionem habeant, omnes conueniunt non posse principem te legitimare ad succedendum in illa, quia non est in eius potestate aliquam bonis proprijs spoliare, vt alteri ea concedat, excepta causa boni communis, & dato bono cambio. At si hereditatis possessionem non habeant, sed solum illa adierint, hoc est, hereditati consenserint, voluerintque esse heredes, ratione cuius dominum acquirerint, iuxta l. cum heredes, ff. de acq. poss. plures censent posse principem te ad illius successionem legitimare, quia princeps in iure civili dispensare potest, cum sit ab ipso constitutum, sed à iure civili habetur, quod agnari dominium habeant hereditatis per illius aditionem. Ergo à principe impediti potest, & tibi concedi.

6. Contrarium tamen omnino tenendum est. Nam esto à iure civili, & legibus regalibus pendat, quod per aditionem hereditatis dominium acquiratur, at illo acquisito, iam à principe, illiusque legibus independens est, iureque naturae debitum illud habenti, nequit ergo princeps illud tollere: sic alijs relatis Matienzo l. 10. tit. 8. l. 5. compil. gloss. l. n. 20. Mol. de Hispan. primogen. l. 2. c. 7. n. 28. Couarr. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 9. n. 9. Molin. l. scilicet tract. 2. disp. 174. concl. 4.

7. Verum si hereditas solum cognatis delata sit, eo quod ipsi potestatem habeant repudiandi hereditatem, vel illam acceptandi, prout magis sibi fuerit expediens, communior sententia defendit posse principem ante illius aditionem te legitimum reddere ad succedendum, & excludendum agnatos, quibus est hereditas delata, sic Molina de Hispan. primogen. l. 2. c. 7. n. 30. Basil. l. 11. de matr. c. 7. n. 5. sine Matienzo supra n. 21. Couarr. dubius, supra tradit §. 9. n. 9. Ratio ea esse potest, quia ante aditionem hereditatis non est plenum ius cognatis acquisitum, Ergo à principe impediti potest ex plenitudine suae potestatis.

Ceterum probabilius credo oppositum cum nostro doctum Mol. tract. 2. disp. 174. concl. 4. & Iortunio relato à Couarr. supra. cuius auctoritatem ipse magnificat. Ratio est, quia eo ipso, quo hereditas cognatis delata est ipsi cum non repudiauerit, neque in hoc iure acquisito iam à principe eiusve legibus dependente, in eius acquisitione dependet, & citò dependeat in dominio acquirendo per aditionem. Sed ius alteri acquisitum nequit princeps tollere, nisi ex causa publica boni communis & dato bono cambio, Ergo nequit in prauudicium eorum, quibus delata est tibi legitimacionem concedere.

8. Idem quod dictum est de hereditate cognatis delata, dicendum est de substituto sub ea conditione, si tuus pater sine liberis ex legitimo matrimonio decessat, non inquam potest princeps te legitimare, vt hanc substitutionem excludat. Quia citò à voluntate principis, eiusque gratia dependet institutio feudi, & maioratus, in qua substitutus cum illa conditione nominatus est facta ea institutione, nominatione non pendet à principis voluntate ius ad successionem, quod substitutus habet. Ergo non potest illud ab eo auferte, & ibi contra voluntatem instituentis communicare. At est voluntas instituentis, vt detur substituto deficientibus filijs ex matrimonio genitis. Ergo dari non potest tibi legitimo, cum legitimatus non comprehendatur sub his, qui ex matrimonio sunt geniti, sic Mol. l. 3. de primogen. c. 7. n. 2. & §. 1. noster Mol. tract. 2. de iustit. disp. 174. concl. 6. & 7. Couarr. 3. var. c. 6. n. 7. in resp. ad 4.

9. At si institutio solum dicat, si sine liberis legitimis decesserit: Communis sententia affirmat te legitimatum à principe hunc substitutum excludere, quia legitimatus inter legitimos filios computari debet, Authent. quibus modis naturalis efficiatur legitimi, §. si igitur licentia, & in Auth. quibus modis naturalis efficiatur legitimi, §. quoniam ibi: quis ergo filios legitimis non habens, colat. 6. l. 4. tit. 15. p. 4. ibidem deinde est delata legitimatio. Ergo stante tua institutione cessat conditio necessitatis, vt substitutus succedat, siquidem iam non decessit sine legitimis filijs, sic Couarr. 3. var. c. 6. n. 7. & 2. p. de sponsal. lib. 8. §. 9. n. 8. & plures relati à Mol. l. 3. de Hispan. primogen. c. 7. n. 2. & 6. Limitant autem plures hanc sententiam, vt non procedit in substituto à persona nobili, quales regulatiter sunt omnes Hispani minoratus, quia tunc non praesumitur sub filijs legitimis legitimatus, qui solet ex infima plebe esse, institutorem voluisse comprehendere. Secundo limitant, nisi vocet filios, & filias, ad quasque legatos filios legitimis: non enim est credendum filios legitimatos descripto principis sub hac dispositione contineri. Alias comprehendere filios naturales filiarum, si à principe legitimarentur, quod videtur absurdum: sic Mol. lib. 3. cap. 3. n. 10. & 34.

10. Nihilominus probabilius existimo te sic legitimatum à principe non excludere substitutum, cum illa clausula. Nam licet legitimatus fictione iuris quoad plures effectus, & privilegia legitimus censetur: at in communi acceptione non intelligitur, sed institutus maioratum credendus est nomen legitimatum secundum communem acceptionem vtriusque. Ergo ex eius acceptione sub filijs legitimis te legitimatum non comprehendit. Ergo non excludis hinc institutum, sic Molina l. 2. de primogen. c. 7. n. 31. & lib. 3. cap. 3. n. 27. & 29. noster Molina tract. 2. disp. 174. concl. 8.

11. Quod si institutio maioratus, feudi vel fidei commissi facta sit sub ea clausula, vt substitutus succedat si, vicimus possessor sine liberis decesserit, grauis est controuersia inter doctores, an filius naturalis hunc substitutum excludat: Alij affirmant, alij negant, vt videre est apud supra. Mol. lib. 3. c. 3. n. 41. & sequ. & nostrum Mol. d. disp. 174. in fin. eorūque resolutio nobis probatur, nempe ex conditione, & qualitate instituentis, alijque circumstantijs hoc delendum esse. Nam si institutus sit persona nobilis, nunquam credendus est voluisse maioratum ad naturalium filium deuenire, ne possidens maioratum, quique defert sui generis honoris insignia, capereque est totius familiae, cui omnes reuerentiam exhibent, vili sit & adiectus: proinde conditio illa, si sine liberis decesserit, idem est regulatiter cum illa, si sine liberis legitimis decesserit.

12. Hinc colligere potes citandos esse in impetratione legitimacionis eos omnes, & solos, quia ius ad hereditatem habent impedit à patris libera voluntate. sic doctores relati. Vide Mol. de Hispan. primogen. l. 3. c. 3. n. 10. Cou. §. 9. n. 8. Hanc enim citatio requiritur, vt principi constet causam legitimam adesse ad legitimacionem concedendam. Nam esto substitutus aliqui filij legitimi sepep praesumantur cōtradicturi filij legitimati facienda

facienda, quia illis praedictat. At quae eorum contradictio de-

13 At si non absolute sed cum restrictione concedat legiti-

14 Tertio, ut valida sit legitimatio, explicari debet qualitas

An vero explicare debeas, si utrinque adulterium est com-

15 Supradicta limitanda sunt, nisi princeps concessionem ita

16 Quarto requiritur causa ad concedendam legitimacionem,

17 Et his omnibus intertato, qualiter legitimatus, vel dispen-

fatus habitus sit ad beneficia. est enim legitimatus aequè habi-

PUNCTUM II.

An filij presbyterorum aliàs legitimati, vel dispen-

- 1 Expenditur decretum Tridenti.
2 In quo hoc decretum distinguatur ab his, quae iure communi
3 Prohibitio est de filiis illegitimis comparatione suorum pa-
4 Limitant aliqui, ut procedat mortuo parente. Sed non admittitur
5 Pater non est prohibitus obtinere beneficium filij illegitimi.
6 Sed an obtinere possit beneficium in illa ecclesia, in qua filius
7 Qualiter pater obtinere beneficium debet, ut filius illegitimus
8 Qualiter neque mediata neque immediata potest filius benefi-

Tota difficultas versatur in explicatione textus concilii

Hoc decretum, ut sacra concilij congregatio declarat, plu-

obtinere beneficia, quæ eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu ut aliis perpetuo unita aliquando obtinuerat. Tertio non solum prohibetur successio in eodem beneficio, vel iure communi prohibuitur erat, sed etiam in alio d. simili, dummodo sit in eadem Ecclesia. Quarto prohibetur filius ministrare in Ecclesia, in qua pater obtinet, vel obtinuit beneficium, cum tamen ex iure communi solum fuerit prohibitus ipsi parenti ministrare. Quinto prohibetur ne pater obtineat super beneficia, quæ parentes obtinere, vel obtinuerunt, cum tamen iure communi non erat prohibitum parentem renunciare beneficio in fauorem tertii cum reuocatione pensionis filio conferenda. Giga de pensionib. q. 89. n. 5. Sexto hoc decretum solum loquitur de filiis illegitimis, vt ex principio textus cõtat. *ibi qui non ex legitimo matrimonio nati sunt, &c.* Quapropter filij clericorum ex legitimo matrimonio nati sub hoc decreto nõ continentur, sed dispositioni iuris communis relinquuntur. Ex iure autem communi prohibentur filij clericorum etiam ex legitimo matrimonio nati parentibus immediatè succedere in beneficio, nisi Pontifice dispensante, de mediata successione nulla est prohibitio: habetur *cap. ad extirpandas. cap. dilectus. cap. ex transmissa. de filiis presbytero. & tradidit alijs relatis Garcia 7. p. de benef. cap. 5. n. 3. & 18. Barbosa 2. de potest. episc. alleg. 65. num. 16.* Item filij legitimi clericorum possunt, in ea ecclesia, vbi eorum patres beneficiati exstunt prouideri, dummodo non succedant in beneficiis immediatè, quia nequã concilio, neque à iure communi hoc videtur prohibitum & sic decim refert Seraphin. *decis. 1442. n. 6.* August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 16.

3 Hinc collige primo prohibitionem solum esse de filiis illegitimis comparatione suorum parentum; vt pater illis verbis: non liceat filijs clericorum, vbi eorum pater, &c. Vnde filius illegitimus bene poterit beneficium aut habere. Tum quia in odiosis, & penalibus sub nomine patris non venit aus, nec sub nomine filij venit nepos, vt ex Barr. in *leg. liberorum. n. 6. ff. de verb. significat. tradit Couarr. lib. 2. var. c. 8. n. 2.* Surdus de aliment. rit. q. 36. Tum quia concilium patris, & non auitæ incontinentiæ memoriam à loco sacro voluit arceri. Tum denique quia nepos succedit auctore testamento, cum tamen filius patri succedere non possit. *leg. fin. Cod. de naturalib. liberis. Anton. Gomez in leg. 9. tauri. n. 17. Couarr. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 5. n. 11. noster Molina tract. 2. de iust. disp. 167. concl. 9. & ita causa mature discussa hanc sententiam amplexa fuit sacra concilij congregatio 17. Octobris 1591. vt testatur Barbosa in dicto cap. 15. n. 2. tamen alias contrarium senserit, & tenet Nauarr. *conf. 9. de filiis presbyt. in 9. Sayrus l. 6. de irr. iur. tit. c. 10. n. 4. Azor. 2. p. instr. l. 6. c. 4. q. 17. Vgol. de officio episc. c. 50. §. 7. n. 2. & §. 8. n. 2.* Garcia alijs relatis. 7. p. de benef. cap. 5. num. 2. 1. Barbosa 3. p. alleg. 64. n. 18.*

4 Limitat hanc doctrinam Lessius l. 2. c. 34. dub. 18. n. 91. vt procedat mortuo parente. Nam cum viuentis patris filius succedere non possit auctore, neque etiam beneficium ab illo accipere potest. Sed non placet limitatio; quia in beneficiis non datur hæc stricta successio, vt ex auctore in filium, & deinde in nepotem deriuentur: imo potius ius commune hanc hereditariam successione abhorret: quare cum possit aus in quemlibet extraneum viuentis eius filio beneficium resignare, sic poterit in eius nepotem, tamen pater viuat. Bernard. Diaz *pract. c. 58. n. 4.* Garcia *supra num. 23.* & alij doctores indistinctè loquentes.

5 Secundo collige patrem obtinere posse beneficium filij illegitimi; quia comparatione patris neque in iure communi, neque in constitutione Clement. neque in concilij decreto vlla est prohibitio. Prohibitio autem filijs facta non est pro parentibus amplianda. Tum quia pena extendendæ non sunt. Tum quia non est eadem ratio prohibitionis. Nam pater accipiens beneficium filij non videtur æquè ac si filius eius beneficium acciperet, hereditariam successione representare, neque paternam incontinentiam, cum pater non sit imago filij, neque ipsum representet, bene tamen filius est imago patris, illumque representat. Quæ de causa tempore concilij, cum pater, & filius illegitimus in eadem ecclesia beneficium obtinebant, cogitur filius, & non pater iacta trinum mensium spatium beneficium resignare, aut cum alio extra ecclesiam permutare. Non igitur est eadem ratio de patre, ac est de filio; & ita tenet Rebuff. in *praxi. tit. de dispensat. super defectu natal. 29.* Quintanaduénas *ecclesiast. lib. 2. n. 95.* Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 18. num. 91.* Giga de *pensionib. q. 86. n. 10.* Garcia alijs relatis. 7. *part. de benef. c. 3. n. 28.* Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 65. num. 17. Salzedo *pract. c. 48.*

6 Sed nunquid pater stante dispositione concilij poterit obtinere beneficium in illa ecclesia vbi eius filius est actus beneficiatus? Ratio dubitandi est, quia concilium solum disponit de patre, & filio beneficiatis tempore concilij. Quod constat ex illis verbis: *quod si in presenti pater, & filius, &c.* & in illo casu cogitur filius beneficium dimittere patre iorato. At cum filius est beneficiatus, non potest cogi filius dimittere beneficium, vt pater aliud obtineat. Ergo hic casus omisus fuit à concilio, & consequenter relictus est dispositioni iuris communis. Sed ex

iure communi optimè potest pater beneficium in eadem ecclesia cum filio obtinere. Ergo post concilium Trident. id ipsum poterit. Nihilominus verus videtur oppositum, non posse patrem obtinere supradictum beneficium. Quia tacitè, & virtualiter sic contra concilij dispositionem enim concilium voluerit, ne filius, & pater in eadem ecclesia beneficiati existerent, vt patet incontinentiæ memoria longissimè arceatur, si pater obtinere beneficium possit, vbi filius de præfati exiit, filius concilij frustra arceatur. Ergo dicendum est nequaquam posse patrem beneficium obtinere in illa ecclesia, vbi eius filius illegitimus beneficiatus exiit. Neque enim filius cogendus est tunc beneficium acquiescere relinquere: potius enim pater impediri debet ab illo consequendo, quia ipse agit de lucro captando, & filius de damno vitando. Garcia *de benef. 7. part. 3. num. 31.*

7 Tertio intellige prohibitionem esse, ne filius illegitimus obtineat, nec immediatè, nec mediatè beneficium patris. Requiritur ergo, vt pater beneficium obtineat, vt locus sit hæc prohibitionis. Vnde si pater verè non obtinuit beneficium, quia nec possessionem accepit, neque illud acceptauit, optimè poterit filius illud obtinere. Et idem est si illud cessit, antequam literæ sint expeditæ; quia ante literarum expeditionem non censetur gratia beneficiorum perfecta. Secus vero dicendum videtur, si beneficium acceptauit, tamen filius possessionem non accepit, neque in illo administrat. Quia per acceptationem ius in beneficio acquiritur, & proprium acceptantis fit: ac proinde iam verificatur, quod pater in illa ecclesia beneficium habuerit. Cæterum verius est non solum acceptationem, sed etiam possessionem per se, vel per procuratorem acceptam requiri, quia cum sumus in odiosis, & penalibus, verba sunt de iure iurata sunt, ac proinde intelligenda sunt de perfecta, & completa beneficii consecutione, quæ perfecta non est, quousque possessio accipiatur: & ita tenent, referuntque, decem à sacra congregazione. Garcia 7. p. de benef. cap. 3. num. 55. August. Barbosa in *remission. concilij. n. 4.* & 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 7. Hæc tamen possessio, etiam capta sit absque legitimo titulo, sufficit ad impediendum filium ne tale beneficium habeat, quia ex illa possessione patris incontinentiæ memoria respicitur, sic tenet, & decim refert. Garcia 7. p. de benef. c. 3. n. 8. August. Barbola in *remission. concilij. dicto c. 15. circa finem.* & 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 8. Non tamen requiritur, quod pater beneficium ministrat, quia id concilium non expostulat. Garcia & Barbola *supra.*

8 Dixi, nec immediatè, nec mediatè possit beneficium patris obtinere: quod videtur intelligendum, dum modo triginta anni non fuerint elapsi postquam pater beneficium obtinuit. Nam his elapsis non caret probabilitate posse filium illegitimum patris beneficium obtinere; quia cessat patris incontinentiæ memoria ob longitudinem temporis præteritæ. Gonzalez *reg. 8. cancell. gloss. 5. n. 33.* Barbola in *remission. concilij. verbo longissimè arceatur.* & 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 19.

9 Deinde dixi non posse obtinere beneficium patris, vt tacitè intinuatem pensionem patris in ipsi transferri possit, quia pensio in odiosis, & penalibus sub beneficio non comprehenditur. Si ergo pater potestatem habet transferendi pensionem, eam poterit in filium illegitimum transferre. Quia de pensione nulla est à iure facta prohibitio: sic Giga de *pensionib. q. 86. n. 5.* Flamin. de *resignat. lib. 6. q. 4. n. 2. c. 22.* Couarr. ad *reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. n. 22.* & 23. Azor. 2. p. *instr. mor. l. 8. cap. 4. §. 7.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 397. v. 1. c. 7.* Aloysius Riccius in *collectan. decis. lib. 4. p. collect. 1367. fine.* August. Barbola in *remission. concilij. dicto cap. 15. vers. beneficium aliquando habent.*

10 Sed obicitur. Concilium prohibet ne filius habere possit pensionem super fructibus beneficii paterni, ne ob illam pensionem memoria patris incontinentiæ daret, sed efficacior ratione durabit, si eadem pensio, quam pater habuit, in filium transferatur. Ergo non est concedenda hæc translatio. Nam vbi est eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio. *leg. illud. ff. ad legem. Aquilianam.* Adde pensio loco beneficii succedere, vt tradit Nauarr. *l. 1. n. 2. de temporib. ordinat.* sed beneficium, quod pater habuit, prohibetur communicari filio illegitimo. Ergo & pensio, & ita tenet Mandos. *de signatura tit. de translat. pensionis. ad finem in nouis. cui consentire videtur Nicol. Garcia 7. p. de benef. c. 3. num. 36.*

Respondeo tamen, si eadem ratio in translatione pensionis paternæ procedat, ac procedit in translatione beneficii, vel in constitutione pensionis super beneficio patris, non inde requiritur eadem iuris dispositionem seruandam esse. Quia sumus in penalibus, & odiosis, quæ non debent extendi. Et præterea quod in supradicto decreto concilij, sub nomine beneficii pensio non fuit comprehensa, sed vt quid distinctum de pensione disponitur, *ibi quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, neque pensiones, &c.* Adde si pensio sub nomine beneficii comprehenditur, filius illegitimus habere non possit pensionem super fructibus alterius beneficii illius ecclesie, in qua pater beneficiatus exiit, quod certè est falsum, & contra intentionem concilij prohibentis tantum pensionem super fructibus beneficii

beneficij paterni, non super alterius beneficij fructibus. Quapropter etiam penito loco beneficij succedat quoad qualitates in beneficij requisitas, ita ut eadem aetas & qualitas legitimitatis, & habitus ad beneficium requisita requiratur in penitente: non tamen succedit loco beneficij in dispositione specialis prohibita. Vnde inhabilitas ad beneficia, non est inhabilitas adpenfiones, Gonzalez gloss. 5. §. 5. num. 26. cum Nauarr. conf. 1. 2. n. 5. de rescript.

11 Quarto collige non solum prohiberi illegitimum paternum beneficium obtinere, sed etiam obtinere aliud quodcumque dissimile beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit beneficium in titulum, commendam, vel administrationem. Vnde non potest filius illegitimus obtinere dignitatem in Ecclesia, ubi pater est canonicus neque contra obtinere canonicatum, ubi pater est dignitas. Rebuff. in pra. i. beneficij. de dispensat. super defectu natal. n. 37. & 38. Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 6. cap. 4. q. 16. Barbosa 3. part. de potest. episc. alleg. 65. n. 15.

12 Solum est difficultas de beneficiis vniuersalibus possit filius ad vnam intulari, & pater ad aliam; Cui difficultati sub distinctione respondeo: si illa duo beneficia sunt aequè principaliter vnita, cum rector vnus sit necessario amobum rector, nequit filius vnum obtinere etiam tanquam vicarius perpetuus; quia iam obtineret beneficium patris; si tamen beneficia non aequè principaliter vnita sint, sed accessorie; & ob huiusmodi beneficij naturam accessorium non amittit, sed necessarium accessorium ministrari debet per vicarium perpetuum aut temporalem, & non per rectorem principalis beneficij, optime poterit filius illegitimus accessorium obtinere, tamen si pater principale beneficium obtinere; quia nec beneficium patris obtinet, neque in eadem Ecclesia, sed in diuersa & ita tenent, & decem referunt Garc. 7. p. de benef. cap. 3. a. n. 61. August. Barb. in dicto c. 15. cone. n. 4. & in decisionib. vers. quarta & 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 11.

13 Deinde nequit filius illegitimus beneficium obtinere et in Ecclesia, ubi pater solum eadem habuit in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, Quia censetur in illa Ecclesia beneficium habuisse ob administrationem, & secundum quae ei ex beneficio pertinet; & ita tenent, & decem referunt Garc. 7. p. de benef. c. 3. n. 66. Barb. 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 14. & in decision. ad c. 16. concil. decis. 5. Quae doctrina non caret difficultate ob ea quae tradit Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. 10. a. n. 16.

14 Ex eodem principio videtur hic filius illegitimus excludi a beneficio in Ecclesia, quae est foror alterius Ecclesiae, in qua pater beneficium habet. Sunt enim in Hispania aliquae Ecclesiae, quae vocantur forores in quarum vna residens censetur in alia residere ex favore, & privilegio Pontificis. In vna ergo harum Ecclesiarum intulari filius non potest patre in alia intulari. Quia iam esset intularis in Ecclesia, in qua pater ratione beneficij ministrare censetur, seu in qua censetur beneficium habere: sic Barbosa in dicto decreto concil. n. 7.

15 Non tamen prohibetur filius obtinere canonicatum, qui etiam potio non beneficiis tempore quo pater illum obtinebat. Quia non obtinet patris beneficium, neque in Ecclesia ubi pater beneficiatus fuit decem refert Achilles de Grassis de off. 1. de filii. presby. Barb. 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 12. & in remission. concil. ad dict. cap. 15. vers. clericum. Deinde non prohibetur succedere in capellania alique Episcopi auctoritate fundata, quam habuit pater: quia non est beneficium, & coaciliolum solum de successione in beneficiis loquitur. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 34. Augustin. Barbosa. dicta alleg. 65. n. 13. & in remission. concil. loco allegato.

16 Quinto collige ex illis verbis concilij quoquo modo ministrare, interdicitam esse filio illegitimo administrationem in Ecclesia, in qua pater beneficium habuit. Quapropter omnis administratio siue ex beneficio, siue ex salario, quae propria esse censetur, exclusiua est. Vnde nec potest vt simplex musicus canere in choro, neque processionebus interesse, nec epistolam, aut antiphonam, aliudve ministerium ibi exercere ex officio vel beneficio; tamen beneficium ad aliam Ecclesiam pertineat: sic tenent & decem refert Garcia 7. p. de benef. c. 3. n. 63. Aloysius Riccius in collectan. decisionib. 4. p. collect. 1367. vers. ita amplius Stephan. Gracian. de scripta. forens. cap. 397. num. 26. & segg. Barbosa dicto loco concilij decis. 5. & 3. p. de potest. episc. alleg. 65. n. 20. Dixi interdicitam esse ministratorem ex officio, vel beneficio; vt colligeres ministratorem voluntarium, & ex deuotione interdicitam non esse: videtur enim nimis rigorosum, vt non possit filius in Ecclesia, ubi pater est canonicus, missam ex deuotione dicere, quia sic celebrans non tam Ecclesiae ministrat, quam suae consolationi, & deuotioni: ita id fieri posse defendit Manuel Rodrig. 1. r. sum. cap. 247. n. 1. Garcia 7. p. de benef. c. 3. n. 70. ubi testatur sic praxi esse receptum, tamen Nauarr. conf. 1. de constitut. q. 17. in 1. edit. contrarium sibi probabilius appareat.

17 Vt autem filius ab administratione alicuius Ecclesiae excludatur, debet eius pater in illa beneficium habere, vel habitus. Quapropter si nullum ibi beneficium habuit, tamen ex officio ibidem ministraverit, nequaquam filius a beneficio, Ferr. de Castro Sum. Mor. Paris 11.

neque ab ad ministratorem in illa Ecclesia excludetur. Quia concilium ex parte patris beneficium requirit: ibi ubi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, vel habuerunt, & tenent, decem refert Garcia 7. p. de benef. cap. 3. num. 72. Quapropter, vt declarauit sacra congregatio apud Garciam num. 73. & Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 65. num. 23 & 24. non est molestia exhibenda presbytero celebranti ex obligatione alicuius legati, ubi pater celebrat ex deuotione. Quia hic casus non fuit a concilio comprehensus, neque in concilio, neque alibi inuenitur prohibitum filios clericorum cum patribus habitare Garc. & Barbosa supra: tamen conuenientissimum, & decentissimum sit, vt nunquam simul habitare permittantur ne parentes filiorum intuitu delicti prateriti complacentiam habeant.

18 Sexto collige, interdicitam esse a concilio omnem reciprocam renunciationem, si quae a parentibus clericis in fauorem filiorum suorum fiat: illa autem dicitur reciproca resignatio a concilio prohibita, in quibus pactum, & conuentionem de mutua facienda resignatione interuenit. Nauarr. lib. 1. consil. tit. de renunciat. conf. 5. Quapropter si in fauorem Titij beneficium resignares, vt Titius beneficium quod habet cederet filio tuo illegitimo, nullius effectus esset resignatio. Verum si omnis conuentione expressa vel tacita cessaret, non esset resignatio damanda, vt bene probant Nauarr. supra. Aduerto tamen in foto externo condemnandas esse resignationes ob praesumptionem fraudis, si simul sunt, vel non multum inter se distent; eaque de causa sacri concilij congregatio censuit reciprocam, & damnatam resignationem fuisse eam, qua Antonius Cortea beneficium resignauit in fauorem Nicolai Cassada, reseruata pensione super parochiali, quam Mattheus pater Nicolai obtinebat de consensu patris, Quia censetur pater consensisse pensioni ea conditione, vt suo filio beneficium daret. Garcia 7. p. de benef. cap. 3. num. 87. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 65. num. 27.

19 Septimo collige, Episcopum non posse cum illegitimo dispensare in iis, quibus a concilio prohibetur: quia nulli talis potestas ei committitur, neque conueniens erant, vt ei committeretur, Barbosa aliis relatis, d. alleg. 65. num. 30. Pontifex vero si forte in iis dispensationem concedat aliquando, derogare debet: saltem in genere constitutioni Clement. VII. & supradicto Tridenti decreto: sic Barbosa supra num. 31.

PUNCTUM III.

De aetate requisita ad beneficium.

- 1 Pro summo Pontificatu nulla aetas a iure designata est.
- 2 Pro Episcopis trigessimus completus requiritur.
- 3 Quid de aetate pro Cardinalibus requisita;
- 4 Pro Abbatibus, Decanis, aliisque beneficiatis cura animarum habentibus 25. inceptus.
- 5 Ad ceteras dignitates 22 est requisitus.
- 6 Absque vlla dispensatione constitutus in supradicta aetate eligi potest.
- 7 Supradicta aetas non solum pro dignitatibus Ecclesiae cathedralis, sed collegiatae requiritur, esto alij contra sentiant.
- 8 Si aliquibus ex iis dignitatibus ordo presbyteratus est annexus requiritur ea aetas quae ad ordinem requiritur.
- 9 An 22. annus sufficiat inceptus; Affirmant plures.
- 10 Probabilis est oppositum.
- 11 Fit satis opposita ratio.
- 12 Pro beneficiis curam animarum habentibus 25. annus inceptus requiritur.
- 13 Ex tenditur ad vicarios perpetuos.
- 14 Quae aetas pro canonicatibus, & portionibus Ecclesiarum cathedralium.
- 15 An pro canonicatu cui est subdiaconatus annexus sufficiat habere 20 completum, & inceptum, 21. Affirmat Lessius.
- 16 Verius est oppositum.
- 17 Canonicus penitentiarius quadragenarius debet esse.
- 18 Pro canonicatibus Ecclesiarum collegiatarum, & dimidiis portionibus Ecclesiae cathedralis 24. sufficit.
- 19 Pro beneficiis simplicibus spectato iure communi alij septennium. Alij 14. annum requirunt. Ex tria. 14. inceptus requiritur.
- 20 Aetas requisita pro beneficiis non solum tempore collationis, sed etiam electionis, praesentationis, impetrationis & oppositionis debet esse.
- 21 Collatio, electio, praesentatio facta ei qui legitimam aetatem non habet, irrita est.

A Dignioribus incipiendo nulla pro summo Pontifice a iure determinata aetas requisita est; sed eo ipso quo a duabus partibus Cardinalium fuerit electus, qui alias iure naturali, & diuino spectato apus fuerit ad Ecclesiam Dei gubernandam, electio valida persistit, Neque credendum est Cardinales

nales electuros, qui idoneus non sit tanto muneri. Azor. 1. p. in sit. moral. lib. 6. cap. 5. in fine. q. 15. Proteritibus Episcopis trigessimus annus requiritur. cum in cunctis de electione. An vero debeat esse completus? Negat Glossa in c. unico. de arate, & qual. in 6. verbo compleverint, sed abique fundamento. Nam textus in c. cum in cunctis clare indicat debere esse completum: cum dicat nullus ad Episcopatum eligatur, qui iam trigessimum aetatis annu non exegerit. Non enim dixit attigerit, sed exegerit. iuxta illud Plauti in amphitruo, mensis iam tibi exactos esse videss; & sic ad omnem excludendam dubitationem definitum est a Gregor. XIV. in sua bulla, quae incipit: onus apostolica servitutis, edita 15. Martij 1591. & tradit expressè Rebuff. in praxi beneficiar. Rub. requisita ad collationem bonam, num. 37. & tractat. de pacificis possessorib. n. 184. Gujeter. lib. 1. canon. quasi. c. 2. n. 39. Garc. 7. p. de benef. cap. 4. n. 76. Menoch de arbitrar. casu 427. n. 24. Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 6. c. 15. q. 1. Eman. Saa verbo Episcopos. n. 9. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 20. n. 107. Aug. Barbosa de potest. episc. 2. p. alleg. 2. n. 26. 48. In Inegno vero Galliae ex concordatis inter Leonem X. & Regem Galliae affirmat Rebuff. dicto tract. de pacific. possessorib. n. 184. & ex illo Barbosa n. 27. sufficere esse in 27. anno constitutum, vt rite eligi possit.

3 Pro Cardinalibus sanctae Romanae Ecclesiae eadem aetas, ac in Episcopo videtur requisita iuxta Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. ibi. ea vero omnia, qua de Episcoporum praesentiorum vita, arate, doctrina, & ceteris qualitatibus alias in eadem synodo constituta sunt, decernit eadem etiam in creatione Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, etiam si diaconi sint, exigenda. Sed iam ex constitutione Sixti V. edita de Cardinalium numero, ordine, arate, tempore, qualitate, & officio ea etiam requiritur in Cardinalibus, diaconis, quae sufficit intra annum illo ordine insigniri. Quapropter sufficit si in 25. aetatis constituatur: sic notavit Cardin. Palcorus de sacri consistorij consultat. 4. n. 9. Garcia 7. p. de benef. cap. 4. n. 79. indicat Azor. 2. p. in sit. lib. 6. c. 5. q. 14.

4 Pro Abbatibus, Decanis, Praepositis Archipresbyteris, aliisque dignitatibus curam animarum habentibus 25. annus ineptus requiritur habere expressè cap. cum in cunctis §. inferiora de electione & in Trident. sess. 24. cap. 2. de reformat. ibi. Nemo igitur deinceps ad dignitates quasvisque, quibus animarum cura subest, promovatur, nisi qui saltem 25. sua aetatis annis attigerit & tradunt omnes doctores. Quod procedit non solum in dignitatibus saecularibus, sed etiam in regularibus; tametsi beneficia manualia sint, vt decidit expressè in clement. ne in astro domini §. ceterum de statu regularium, & tradit Lessius l. 2. c. 24. dub. 20. concl. Manuel Rodrig. 1. q. regul. q. 22. arti. 2. Garcia aliis relatis dicta 7. q. de benef. c. 4. n. 42. & constat ex dicto cap. cum in cunctis & ex Trident. exigentibus 25. annum pro qualibet dignitate curam animarum habente abique vlla restrictione.

Neque in praesenti; vt bene notat Lessius supra, est sermo de Abbatibus, Prioribus, seu praefata monialium; quia haec beneficia non habent, sed solum officium cum iurisdictione ad cuius officium requiritur, vt eligenda non sit minor 40. annis & consequenter, vt illos habeat completos iuxta ea quae infra decidemus. Et insuper quae octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit: si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni praesens videtur, ex his, quae in eodem monasterio annu trigessimum exceperint & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligatur: sic Concil. Trident. sess. 25. de regularib. c. 7.

5 Ad caeteras autem dignitates, vt perlonatus (inquit concilium sess. 24. cap. 12. quibus animarum cura nulla subest, clericis altoquin idonei, & 22. annis non minores adfiscantur. Ex quibus verbis.

6 Triplex dubium insurgit. Primo, an stante hoc decreto absque vlla dispensatione possit ad has dignitates eligi, si 22. annum compleverit. Negat Valquez de benef. cap. 3. §. dub. 22. num. 18. ea ratione. Quia hoc decretum solum corrigat cap. vt unicum. de arate, & qualitat. in 6. in quo Episcopis permillum erat dispensare ad has dignitates, si 20. annum compleverit; prohibetque, ne haec dispensatio concedatur, nisi 22. expleto. At seclusa dispensatione videtur ius antiquum in tactum relinqui. Cum autem ex iure antiquo eadem aetas pro dignitatibus non habentibus curam, ac illam habentibus fuerit requisita vt ex communi sententia tradit Abbas, aliique doctores, in dicto cap. cum in cunctis §. inferiora, & facis colligitur ex cap. permillumus de arate, & qualitat. in 6. & ex cap. in nouam. 60. dist. & ibi glossa, verbo adulescentibus Nauar. cap. 25. n. 126. efficiunt ad has dignitates telegi non posse seclusa dispensatione, nisi 25. annum attigerit.

Nihilominus probabilius credo nulla esse opus dispensatione. Tum quia non satis erat constans inter doctores, quae aetas requisita fuerit iure antiquo pro dignitatibus cura animarum carentibus; quia textus in cap. cum in cunctis solum loquitur de iis, quibus animarum cura annexa est, Et idem videtur di-

endum de textu, in cap. in nouam. Tum & praecipue quia concilium nullam dispensationis mentionem fecit, sed eodem tenore, quo dixit nullum esse eligendum; antequam 25. annum attigerit, ad dignitates curam animarum habentes, dixit non esse eligendum ad dignitates carentes animarum cura, nisi 22. habuerit & ita tenet Flamin. lib. 4. de resignat. q. 11. n. 14. Garcia de benef. 7. p. cap. 4. num. 15. Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 6. c. 5. q. 3. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 20. concl. 3. Emanuel. Saa verbo beneficium num. 31. & alij nullam de dispensatione mentionem faciunt.

7 Secundum dubium est, an haec aetas 22. annorum requisita sit non solum pro dignitatibus Ecclesiae cathedralium, sed etiam pro dignitatibus Ecclesiae collegiatarum; Negat Zetola praxi episcop. 1. p. verbo beneficia §. 1. vers. ad dignitates. & verbo canonica §. 9. Altera praxi noua 2. p. cap. 5. num. 21. Aloy. Rica in praxi fori Ecclesiastici. decis. 731. in 1. edit. & resolut. 512. num. 3. in fine. in 2. edit. August. Barbosa allegat. 90. num. 67. Eman. Rodrig. in addit. ad bullam, compo. 4. vbi testatur Chritophorum Vellam Archiepiscopum Burgensem consilium eundem scholasticum aetatis 17. annorum dignitate scholasticae Ecclesiae collegiatae de Aguilari de Campo, & lite mota iudicatum esse collationem fuisse, canonicam & iuridicam. Verum probabilius existimo supradictum decretum Trident. non solum de dignitatibus Ecclesiarum cathedralium, sed collegiatarum loqui, & in omnibus eandem aetatem exposuisti. Probat ex proemio supradicti decreti & ibi cum dignitas in Ecclesiis praesentibus cathedralibus, Dictionem praesentis exprimit clariora, & supponit quae minus claritas habent. Si ergo de solis dignitatibus Ecclesiarum cathedralium videri debent, vt quid addit praesentis, sed illo verbo ex alio debent dicere. Cum dignitates in Ecclesiis cathedralibus &c. Adde si concilium in supradicto textu non disponit de dignitatibus Ecclesiarum collegiatarum, sed illas dispositionis iuris communis relinquit, efficitur sane maiorem aetatem pro ipsis esse requisitam, quam pro dignitatibus Ecclesiarum cathedralium, quod videtur absurdum. Nam spectato iure communi, cap. cum in cunctis de electione & cap. in nouam. 60. dist. iuxta explicitiorem communis sententia. 25. annus requisitus est pro qualibet dignitate sine cathedrali sine collegiatae Ecclesiae, sine cura, sine abique cura obtinenda, tametsi in cap. permillumus, de arate, & qualitat. in 6. concedatur Episcopis potestas dispensandi eis qui 20. annum habent in dignitatibus cura animarum carentibus. Dicendum ergo, est concilium de omnibus dignitatibus tam cathedralium, quam collegiatarum Ecclesiae locum esse, indicantque illa verba generalia. Nemo ad dignitates quasvisque, &c. & ita tradit, & decimum refert Garcia 7. p. de benef. cap. 4. n. 58. & 62.

8 Aduertendum tamen est, si aliquibus ex iis dignitatibus ordo presbyteratus fuerit annexus, eam aetatem promotus debet habere debet, quae ad illum ordinem suscipiendum interuenit etiam requisita: vt constat ex iis quae infra dicemus, & tradit Trident. sess. 24. cap. 2. de reformat. & notat Garcia supra n. 72. Secundo aduerte principalem dignitatem in collegiata 25. annum regulariter exposulare: quia frequenter curam animarum annexam habet. Garcia 7. p. de benef. cap. 4. n. 65. Barbosa in remissio. dicto c. 12. vers. ad dignitatem.

9 Tertium dubium est, an hic 22. annus pro dignitatibus requisitus debeat esse completus, vel sufficiat ineptus; Sufficit ineptus docet Henricus in sum. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fine. Eman. Saa verbo beneficium. m. 31. Zetola in praxi. Episcop. 1. p. verbo beneficia, §. 1. vers. ad dignitates. Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 6. cap. 5. q. 3. infine. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. allegat. 60. n. 66. Mouentur, quia vigesimus secundus annus non videtur completus requiri, vt dicatur esse non minor 22. annorum; et eo namque quod in vigesimum secundum annum intres, non non es minor 22. annis; non es minor 22. quo vique illum completus & 23. incipias, ita non es minor 22. si 22. completi, & 23. incipisti. Maior enim, & minor videtur esse termini excludit, Et consimilo, si 22. annum completus requiritur, vt quid concilium dixit ne eligantur minores 22. annis; Clarius procederet, si diceret, non eligantur nisi qui maiores 22. annis fuerint, loquidem ij, qui completum habent, 22. annum, & 23. incipiunt, maiores sunt 22. annis.

10 Verum probabilius cenfeo 22. annum debere esse completum, vt capax sit cuiuslibet dignitatis. Mouet praecipue, quia saepe sic esse decimum a sacra congregatione, vt constat ex decisionibus relatis a Garcia 7. p. de benef. cap. 4. n. 70. quibus in casu dubio standum est. Deinde quia id iudicauit concilium diuersimodè loquens de arate requisita ad dignitates curatas, ac sine cura. Nam loquens de dignitatibus curatis dixit. Nemo promovetur, nisi qui 25. sua aetatis annum attigerit: loquens de aliis dignitatibus sine cura, inquit, non minores 22. annis adfiscantur, quasi indicans eos qui 22. annum non compleuerint, eligi non posse: qui enim 22. non compleuit, absolute minor est illis, qui 22. annum completum habent & consequenter minor est 22. anno; & ita tenet Valq. de benef. c. 3. §. 2. dub. 2. n. 18. & dub. 4. n. 24. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 20. n. 108. Mado. tract. de aetate minorum. c. 5. n. 10. Garcia dicto c. 4. n. 67.

11 Neque in contrarium adducta vigeat Nego namque te non esse minorem 22. annis; si 22. non impleuit: ad hoc autem vt maior sis 22. implere debes, & 23. incipere: at vt sis minor sufficis 22. non impleueris. Quia maior, & minor sunt termini exclusiui anni non vtqueum, sed completi, ut ille est maior 22. qui compleuit, & 23. incipit, vero est minor, qui 22. nondum impleuit. Nam qui illum impleuit præcise, neque excedit, nequaquam maior est 22. sed qui non impleuit hoc minor est. Ergo iam est minor 22. Ergo capax non est dignitas. Ad confirmationem dico sufficienter concilium suam mentem explicasse, cum dixerit non debere esse minorem 22. tacite enim dixit debere habere annum 22. completum. Quod si clarius non fuit locutum, id forte fuit, quia necessarium non reputauit.

12 Pro beneficiis curam animarum habentibus, 25. annus inceptus requiritur, cap. cum in cunctis §. inferiora de electione. Et licet de elect. in 6. & Trid. sess. 24. c. 12. de reformat. & etiam alios referentes Flamin. de resignat. l. 4. §. 9. n. 14. Garcia 7. p. de benef. cap. 4. n. 41. Aug. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 60. n. 81. Valq. de benef. §. 2. dub. 2. sine. Lessius l. 2. c. 34. dub. 20. concl. 4. Azor. l. 6. c. 5. §. 4.

13 Extendendaque est hæc doctrina ad vicarios perpetuos ecclesiarum parochialium, iuxta clement. 1. de officio vicarij: ibi: Quæ de Ecclesijs curam animarum habentibus, & ipsarum rectoribus promouendis ad sacerdotium, & de eorū aetate ad iure statuta noscuntur, in perpetuis Ecclesijs parochialium vicariis, & assipis ad eas volumus obseruari, & notauit ibi Gloss. & Azor. supra. Item extendi debet ad coadiutores: eadem enim ætas, que in principali requiritur, & sufficit in coadiutor, expostulatur. Azor. loco allegato. Gonzalez gloss. §. 5. §. 9. n. 6. & 90. Garc. 7. part. de benef. c. 4. in fine.

14 Pro canonicibus, & portionibus Ecclesiarum cathedralium olim fuit grauis controversia, an septennium sufficeret, an vero requiritur esse decimus quartus? Sed cum iam concilium Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. omnibus iis annexæit ordinem sacrum saltem subdiaconatus; ibi, In omnibus Ecclesijs cathedralibus omnes canonicatus, & portiones habeant annexum ordinem presbyterij, & diaconatus necessario eam aetate habere debent, que ad suscipiendū infra annum subdiaconatum requiritur: quia sic canetur ad concilio illius verbis. Neminē ad dignitatem canonicatū, aut portionem recipiant, nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbendæ, aut portio requirit, aut in tali aetate, ut infra ætas ut iure, & ab hac sacra synodo statutum initiari ualeat. Quapropter si canonicus i annexus est presbyteratus, debes eam aetatem habere, quæ ad suscipiendum illum ordinem infra à iure præfixum necessaria est. Cum ergo ad subdiaconatum necessarius sit 22. & ad diaconatum 23. & ad presbyteratum 24. inceptus, eam aetatem habere debes, quæ ad suscipiendum ordinem canonicatū annexum infra tempus à iure præfixum necessaria est, quod tempus est vnius anni, vt constat ex c. 4. sess. 22. de reformat.

15 Hinc ergo oritur difficultas, à anapuz sis ad canonicatum recipiendum, cui est subdiaconatus annexus, si habeas 20. annum completum, & intres in 21. & ad recipiendum canonicatum, cui est diaconatus annexus, si habeas 21. completum, & incipias 22. & ad canonicatum presbyteratus, habeas 22. & incipias 23. Et ratio difficultatis est, quia in ea ætate constitutus infra annum promoueri potes eo ordine, quem illa præbenda postulat; siquidem in principio anni sequentis habilis es ad illum. Ergo concilio satisfaci, cum solum postulet te esse in ea ætate constitutum, vt infra annum illo ordine insigniri possis; & ita tener expressè Lessius lib. 2. c. 34. dub. 10. circa finem n. 110. indicat Azor. 2. p. lib. 6. c. 5. §. 5. ibi: Quo fit, ut in his canonicis, quorum præbendæ sacerdotium requiritur necessarius sit annus 25. inceptus, aut cerè eam aetate, vt ad annum vnum fieri presbyteri queant.

16 Nihilominus verius existimo eam aetatem ad has præbendas requiri, quæ capax sit ordinis annexi recipiendi. Nam licet concilium dicat, vt sit constitutus in ætate, in qua intra annum possit ordinem annexum recipere, non tollit quominus debeat, cum acta recipit præbendam, habere eam aetatem, qua possit qualibet parte illius anni sequentis annexo ordine insigniri illa enim verba, vt sit in aetate, in qua infra tempus à iure constitutum possit ordinem recipere, denotant, vt solo in termino illius anni eum ordinem recipere possis. Quod autem ea verba sic debeant explicari videtur conuincere ex c. cum in cunctis, de electione. cap. licet canon. eodem tit. in 6. vbi ad Ecclesias parochiales, quibus est presbyteratus annexus, requiritur annus 24. completus, & 25. inceptus, tamen si eas recipientes, non obligentur tempore receptionis ordine sacro esse insigniti, sed sufficit si intra annum ordinentur. Ergo similiter dicendum est in canonicibus, & portionibus Ecclesie cathedralis debere recipientes esse in ea ætate constitutos, in qua per totum annum sequentem insigniti possint ordine illis annexo, & non sufficere quod solum in termino anni id possint: sic pluribus relatis, vartique decisionibus sacre congregationis comprobatur Garc. 7. part. de benef. cap. 4. à n. 22.

17 A supradicta regula excipitur canonicus penitentiaris

qui in ætate 40. annorum debet esse ex Trident. sess. 24. c. 8. de reformat. Quod si in illa diocesi non reperitur qui doctor, vel licentiatu sit in iure canonico, vel theologia & aetatem 40. annorum habeat, poterit eligi; qui aliàs pro loci qualitate aptior reperitur, quia sic canetur ad concilio: & tradit Ioann. Gutier. l. 1. canon. quest. c. 2. §. n. 40. Garcia 7. p. de benef. c. 4. num. 33. Barbosa 3. p. alleg. §. 5. num. 8. Verum si intra diocesim non reperitur aptus ad illud munus obeunum, poterit extra diocesim queri, sed necessario habere debet qualitates à concilio requisiti, scilicet gradum sciencie, maturam aetatem, & morum probitatem. Garcia & Barbosa supra. Sed an huiusmodi anni debeant esse completi, vel sufficienti incepti? Variant Doctores, Garcia 7. p. de benef. cap. 4. num. 35. censet debere esse completos: sed verius videtur sufficere inceptos. Quia nullum est verbum, ex quo debere esse completos colligatur, & sine firmo fundamento non est faciendæ restrictio. sic Azor. 2. p. instit. moral. l. 6. c. 5. §. 6. in fine. Francisc. Leo in thesuro fori Ecclesiast. c. 18. à n. 20.

18 Pro canonicibus Ecclesiarum collegiarum, & dimidijs portionibus Ecclesie cathedralis nihil est à concilio Tridentino innouatum ac proinde 24. annus inceptus, qui (vt dicemus) ad omnia beneficia simplicia requisitus est ad supradictos canonicatus, & dimidijs portiones requiritur: sic pluribus decisionibus comprobatur Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. §. à num. 92. Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. decis. 735. in 1. edit. & resolut. §. 12. n. 3. in fine in 2. edit. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 60. n. 71. Garcia alius relatis, 7. de benef. c. 2. à n. 36. & seqq.

19 Pro reliquis beneficiis simplicibus etiam canonicibus Ecclesie cathedralis, si ius commune spectemus, satis controuersum est an sufficiat septennium, an debeat 14. attingi. Dicendum est si beneficium nomen rectorie sonet, maturitatemque concilij requirat, qualis est personatus, 14. expostulari, quia sic deciditur in cap. in decorum, de aetate & qualitate. Pro alijs vero beneficiis hoc regimine carentibus, septennium sufficit tum quia septennium sufficit ad ordines minores recipiendos, & iure antiquo nemo ordinibus initiabatur absque beneficij titulo. Tum quia in cap. ex eo §. 1. de elect. in 6. supponitur in pupillari ætate posse esse canonicum Ecclesie cathedralis. Cæterum spectato iure nouo Trident. sess. 23. c. 6. de reformat. nullus ante initiatus tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutus aetate 14. annos potest beneficium obtinere, sufficit si sit 14. annus inceptus. Gonzalez gloss. §. 5. num. 90. Azor. 2. p. instit. l. 6. c. 5. §. 9. in fine. Barbosa alleg. 70. n. 66. Garcia dicto c. 4. n. 18. Excipe tamen, nisi aliter in fundatione cautum sit, cui concilium noluit derogare. Gonzal. n. 91. Barbosa n. 77. Garcia 7. p. c. 4. n. 8. Eman. Saa verbo beneficium n. 30.

20 Pro supradictorum intelligentia aduerte ætatem requisitam à concilio pro consecutione alicuius beneficij adesse debere non solum tempore collationis, sed etiam electionis, præsentationis, impetrationis, quibus ius ad beneficium acquiritur, Quia verè sic electus, & præsentatus beneficium obtinet, & concilium consecutionem verbis generalibus prohibet aetate ab ipso statutam. Nauar. cons. 2. n. 1. de aetate & qualitate. Garc. 7. p. de benef. cap. 4. n. 85. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 60. n. 78. Valq. de benef. c. 3. §. 1. dub. 3. in fine n. 23. Adde non solum tempore impetrationis, sed etiam tempore oppositionis, seu eo tempore, quo te legitime opponere potes, eam aetatem habere debes; aliàs non eris legitimus oppositor, neque tibi beneficium conferri poterit. Gutier. cons. 44. n. 7. & serè per totum. Zeuallos q. 693. ex n. 7. Perez de Lara de annuor. & capellam. l. 2. c. 9. n. 55. & §. 8. quos refert & sequitur Garcia 7. p. de benef. c. 4. n. 86.

Deinde aduerte in hac ætate à concilio requisita nulla ratione episcopum dispensare posse, quia ei non committitur, & absque commissione nequit legi Pontificie derogare. Azor. 2. p. lib. 6. c. 5. §. 9. Lessius l. 2. cap. 34. n. 108. Garcia 7. p. c. 4. n. 57. Barbosa n. 75.

21 Denique aduerte collationem, electionem, impetrationem beneficij factam ei, qui legitimam ætatem adeptus non est, irritam esse, & nullam, vt pote de persona inhabili, & contra formam à concilio statutam. Azor. q. 12. Flamin. l. 4. de resignat. q. 9. n. 20. Vgolin. de officio episc. cap. 50. §. 8. n. 3. & 6. Garcia d. c. 4. n. 82.

PUNCTVM IV.

De aptitudine ex parte corporis requisita ad beneficium.

- 1 Requiritur ea aptitudo qua irregularitatem excludat.
2 Beneficium conferri potest ei, cuius exercitium non impedit vitium corporis.
3 Si patiaris vitium impediens celebrationem, non potes minoribus ordinibus insigniri, nec beneficium simplex recipere.

Necessario requiritur ad beneficium ea aptitudo corporis quæ irregularitatem excludat. Irregularis namque sicut B b 4 excludit

exclusus est ab ordine suscipiendi sic à beneficio exclusus est. Azor. 2. p. insit. lib. 6. c. 4. quest. 13. Garc. 7. part. de benef. cap. 12. num. 3. attenda communiori sententia, de qua tract. de irregular. disp. 1. punct. 3. Quod autem vitium corporis irregularitatem inducat, tract. de irregular. disp. 2. diximus; ubi advertimus posse defectum corporis supervenire ordinato, & beneficio, vel antequam; si antequam, constituit irregularem, & beneficii incapacem; si superveniat, solum impedit exercitium illius ordinis, ad quem inhabilem ordinatum reddit, ut deciditur in cap. 2. de clerico agrotante. & tradit Tolet. sum. lib. 1. cap. 57. in reg. suar. disp. 51. sect. 2. n. 9. Sayrus 1. 6. de irregularit. c. 7. num. 7. Garc. 7. p. de benef. c. 1. n. 18. Mol. tract. 3. de insit. disp. 70. num. 14. & alij apud ipsos.

2. Hinc oritur difficultas, an conferri possit beneficium ei qui post clericatum acceptum vitium corporis contraxit, ratione cuius est irregularis: Cui difficultati respondeo, illud beneficium ei conferri posse, cuius exercitium vitium corporis non impedit. Quia irregularitas ex defectu corporis ordinato superveniens solum exercitium illius ordinis impedit, ad quod reddit vitium inhabilem. Ergo etiam illius beneficii consecutionem impedire debet, ad cuius exercitium inhabilis factus est: sic Sayrus dicto lib. 6. cap. 2. num. 23. Garc. alijs relatis, 7. part. de benef. cap. 12. num. 19. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 4. quest. 14. Suar. de censur. disp. 51. sect. 2. numer. 18. Dixi esse capacem beneficii, cuius exercitium vitium corporis non impedit: cum autem omnibus beneficiis annexa sit obligatio recitandi, si ob vitium corporis inhabilis factus sit ad recitationem, ut quia est cecus, tamen ordinibus initiatus sit, nequaquam poterit beneficium obtinere. Lessius lib. 2. cap. 3. 4. d. 2. §. n. 130. Garcia 7. p. de benef. cap. 12. n. 21.

3. Deinde dubitatur, an si patiaris vitium corporis, impediens celebrationem, ut si cates oculo canonis, vel pollice, vel duobus digitis cum medietate palmae, ut in cap. 1. de clerico agrotante, possis ad ordines minores, & ad subdiconatum, & ad diaconatum promoveri, & ad beneficium simplex, cui non est presbyteratus annexus videtur id fieri posse. Quia ad ordines minores, & ad exercitium illius beneficii simplicis habilis es, ac si nullum impedimentum haberes, & minores ordines cum maioribus nullam videntur connexionem habere, tamen maiores minores supponant. Ergo poteris esse inhabilis; & irregularis ad maiores, quin sis ad minores; & ita sentire videtur Val. 4. tom. disp. 7. quest. 19. punct. 3. de secunda specie irregularitatis.

Nihilominus pro certo tenendum est, te inhabilem esse ad recipiendos ordines minores, si maioribus non potes insigniri, & consequenter ex communiori sententia inhabilem esse ad beneficium simplex recipiendum, cum absque ordine recipi non possit. sic tenet Vgolinus de irregularit. c. 52. §. 1. numer. 4. & cap. 64. in princip. num. 4. Tolet. lib. 1. sum. cap. 57. §. 1. & 4. regul. Garc. de benef. 7. part. cap. 12. num. 78. Fundamentum precipuum sumitur ex cap. non confidat. 50. disp. ubi corpore vitiatu prohibetur divinis ministeriis applicari, sed per susceptionem primae tonsurae; & cuiuslibet ordinis minoris applicatur ordinatus divinis ministeriis. Ergo vitiatu corpore inhabilis est ad hanc applicationem. Deinde quia ordinatus prima tonsura, ordinibusque minoribus disponitur ad ministerium altaris, quod omnes ordines tanquam sui complementum respiciunt. Ergo inhabilis ad ministerium illud, inhabilis censeri debet ad ordines minores recipiendo, & consequenter ad quodlibet beneficium.

PUNCTUM V.

De morum probitate ad beneficium requisita.

1. Ad beneficium morum probitas exposulatur.
2. Non reddis ipso iure inhabilem, nec collationem irritam defectus huius qualitatis; nisi vitium inducat irregularitatem.
3. Ob crimina commissa infamiam irrogantia, si de illis condemnaris, incapax es beneficii.
4. Item si sine crimina infamiam irrogantia.
5. Quae delicta reddant committentem infamem.

1. Probata qualitas, quam beneficiati habere debent, est morum probitas; quia ex ea pendet precipuum Ecclesiae fructus, eaque de causa varijs textibus cauere de hac qualitate diligenter inquiri. c. cum in cunctis. de electione. c. graue nimis. de presb. & clement. 1. de atate. & qualis. & Trident. sess. 24. c. 18. de reformat.

2. Dubium tamen est, an huius conditionis earentia te inhabilem ad beneficium constituat? Et quidem si ita grauibus peccatis deditus sis, intentionemque habes in illis perseuerandi; videris iure naturae inhabilis esse, & collationem tibi factam esse irritam, & nullam, utpote indigno, & incapaci: si enim literis careres, & intentionem haberes perseuerandi in tua ignorantia, non est dubium te fore inhabilem ad beneficium obtinendum; quia incapax es officij exercendi, ad quod

beneficium ordinatur. Cum ergo morum honestas magis quam literarum in beneficiatis requiratur, effici videtur ex illius earentia te reddi posse inhabilem. Panormit. cap. dudum. 2. de electione. Ioann. Selua tract. de benef. 3. part. q. 1. numero 10. & segg.

Ceterum credam talem collationem non fore irritam ipso iure, nisi delictum secum trahat suspensionem, excommunicationem, aut irregularitatem. Nam peccatum mortale, & voluntas perseuerandi in illo non impedit officium beneficio debitum exercere, tamen impedit licite fieri. Secus vero est de profus illiterato. Et ita ob peccatum mortale, & voluntatem perseuerandi in illo, non esse irritam collationem, etiam male accepta sit, docuit alijs relatis Nauar. in c. si quando de re script. except. 17. n. 8. & segg. & tract. de orat. miscell. 39. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 7. quest. 11. Nauar. miscell. de orat. 34. n. 4. & miscell. 40. n. 8.

3. Sed cum collationi beneficii annullatio comparatione criminosis potius ex iure Ecclesiastico, quam naturali proueniat, videndum est ob quae peccata hae poena imposita sit: Respondeo impositam esse ob crimina commissa infamiam irrogantia, si de illis condemnatus sis, quia ratione condemnationis factus es infamis infamia iuris. At infames infamia iuris irregulares sunt, & consequenter ex communi sententia incapaces beneficia acquirendi, tamen acquisiti ipso iure non priuentur, sed veniant priuandi. Ergo.

4. Verum si condemnatus non sis ob crimina commissa, at tua opinio apud grates, & probos viros grauata est, neque apud illos constat te esse emendatum: credo probabiliter datante hae infamia facti, te incapacem esse ordinis recipiendi, & beneficii acquirendi, quia pro illo tempore irregularis es, ut diximus allegato loco de irregular. Ergo collatio tibi facta iurata est. Tum quia irregularis datante irregularitate beneficii est incapax. Tum quia in reg. 8. de reg. iuris, infamibus poena non patet dignitatum. Tum quia in cap. cum in cunctis, statuitur beneficia conferenda esse illis, qui scientia, moribus, commendabilique vita existunt, & aliter electio facta deuoluitur ad superiorem, quod non fieret, si electio valida foret. sic tradit expressè Suarez tom. 2. de relig. tract. 4. de iuramento. cap. 2. n. 4. & §. 5. & 17. Bernard Diaz. capit. 88. ibi Salzedo, Flamin. Paul. de resignat. lib. 4. quest. 3. ad finem. & alij plures relati Garcia 7. p. de benef. c. 8. n. 34. Quamuis ipse alijs relatis contrarium sentiat, friuolo fundamento ductus, nempe infamem infamia facti non esse proprie irregularem, eo quod absque dispensatione per contrarium factum aboleri illud impedimentum possit. Hoc enim fundamentum nullum est, alius carens zate legitima ad ordines, & ad beneficia irregularis non foret, cum absque dispensatione solo successu temporis hoc impedimentum tolli possit.

2. Quod si inquiras, quae delicta reddunt committentem infamem, & ad beneficii exclusionem: Respondeo ea esse, quae habentur in c. constitutus. 3. q. 5. & c. infames. 6. q. 1. ut late expendit Azor. 2. p. insit. moral. 6. c. 7. tota q. 3.

PUNCTUM VI.

De scientia, seu litteratura ad beneficium requisita.

1. Ea scientia requiritur, quae necessaria est ad exercendum officium beneficio annexum.
2. Explicetur scientia requisita in Episcopo.
3. Quae in parochis.
4. Quae pro reliquis beneficiis.
5. Penitus illiteratus incapax est beneficii.
6. Si ille qui tempore collationis literatus fuit, postea literatus desinat, aliqui dicunt reuoludari conditione, quod non est probandum.
7. Limitatur doctrina in beneficiis curatis, & canonicatibus. Sed non admittitur limitatio.
8. Si aliquam habet litteraturam, collatio beneficii tenet, est veniat irritanda.
9. Explicatur quis sit censendus profusus illiteratus.
10. Negant plures ex dispensatione Pontificis conferri posse beneficium profusus illiterato.
11. Contrarium est verius, si causa honesta intercedat.
12. Ex dispensatione Episcopi fieri non potest profusus illiteratus, bene tamen ei qui parum, scilicet spectaturque breuitempore profecturus.
13. Gradus, seu testimonium publicum scientia pro episcopaliis aliisque superioribus beneficiis requiritur. Et quid & alijs dignitatibus.
14. Gradus pro scholasticis requiritur.
15. Idem de Archidiaconi iurisdictionem habentibus.
16. Pro decanatu Ecclesiae cathedralis, & prioratu regulari non requiritur gradus.
17. Gradus exposulatur pro canonico prebendatario.
18. Collatio supradictarum dignitatum facta curijs gradus est nulla. 13. Gradus.

- 19 Gradus obtinens absque scientia facit ne collatio irrita sit, tamen si contrarium non immerito dici possit.
- 20 Sed quid si gradus est assumptus contra statuta universitatis? Sub distinctione responderetur.

Regula est eam scientiam ad beneficium requiri, quae requiritur ad exercendum officium beneficio annexum, quia beneficium datur propter officium, *et sic de rescriptis* in 6. sic omnes doctores.

2 Hinc fit ad Episcopatum assumptum debere esse potentem alios in sana doctrina cohortari, & eos qui contradicunt arguere, iuxta illud Pauli ad Titum 1. *et 1. ad Timos. cap. 3.* & tradit Innoc. III. in *cap. nisi cum pridem*. §. pro defectu. de renunciatione. Eadem etiam scientia, & maiori polleere debent assumpti ad Cardinalatum; quia Pontifici assistunt, & consilium praebere debent pro totius mundi gubernatione, vt bene tradit Menoch. de arbitrio *casu* 426. n. 1. Azor. 2. p. in *lib. 6. c. 6. q. 10.* Lessius *lib. 2. c. 4. d. 1. 2. 4. n. 17.* & conlat ex Trident. *sess. 24. cap. 1. de reform.*

3 Assumpti vero ad Ecclesias parochiales ea doctrina debent polleere, quae sufficiat ad populum edocendum ea, quae credere, & obtemperare debent, eique sacramenta ministranda, Gonzalez *reg. 8. Cancell. gloss. 4. a. n. 71.*

4 Pro reliquis autem beneficiis spectandum est eorum munus, si cum iurisdictionem habent apexam, & causarum iudicium, & vniuersae iuris scientia necessaria est; non enim aliter possunt mueri satisfacere. Menoch. *num. 40. et 4.* Gonzalez *gloss. numer. 69.* At si fiat omnino simplicia, cum aliqua ex his ordinem sacrum presbyteratus, diaconatus, vel subdiaconatus annexum habeant, vt sunt omnes canonicatus Cathedralis Ecclesiae, eam scientiam expostulant, quae ad hos ordines suscipiendos requiritur; quae autem haec fit tradit Trident. *sess. 23. cap. 4. tit. 1. et 14. de reform.* Garcia 7. p. de *benef. cap. 7. num. 1. 1.* Azor. 2. p. in *lib. 6. c. 6. q. 1. 2.* Ea vero beneficia, quae nullum ordinem sacrum annexum habent, neque aliud munus praeter officij recitationem, eam scientiam expostulant, quae sufficiat ad officium diuinum recitandum: sic expressit Flam. n. *lib. 4. d. 1. signat. quast. vit. num. 30.* Gonzalez *gloss. 4. n. 73.* Azor. 2. p. *lib. 6. cap. 6. quast. 2. et 3.* Garcia de *benef. 7. part. c. 7. n. 8.* his positis.

5 Dubium est; an beneficii collatio facta ei, qui scientiam non habet sufficientem ad munus beneficii petendum, nulla sit ipso iure?

Communis sententia affirmat nullam esse collationem, si penitus illiteratus sit: sic Bernard. Diaz. & Salzedo *praet. cap. 2. 1.* Lessius *lib. 2. cap. 34. n. 129.* Azor. 2. p. *lib. 6. c. 6. q. 3. et c. 6. q. 1. 1.* Gonzalez *gloss. 4. a. n. 47.* Garcia pluribus relatis, 7. p. de *benef. c. 7. a. n. 13.* & videtur decidi *cap. literatos*. 36. *dist. 1. cap. ult. de temporib. ordinat. in 6.* & colligitur ex *cap. cum in cunctis. de electione*, §. *si ubi eligentes* indignum ab aetatis, motum, scientiae, & natalium defectum priuantur potestate eligendi, & electio ad superiorem deuoluitur. Ergo signum est electionem factam nullam esse. Item defectus scientiae aequat natiuitatis, & aetatis defectum, sed patienti defectum in aetate, & in natalibus nulla est collatio, vt omnes admittunt. Ergo idem dicendum est patienti scientiae defectum. Deinde est textus ferè expressus in *cap. iudum. c. 1. de electione*. vbi cassata electione illius, qui tempore electionis defectum scientiae, vel aetatis patiebatur, alteri collecto etiam à minori parte beneficium adiudicatur. Ergo defectus scientiae reddit nullam collationem.

6 Aduerte tamen Gonzalez *gloss. 4. num. 49.* cum Salzedo *praet. cap. 2. 1. circa finem*. si ille qui tempore collationis fuerit proflus illiteratus, litteras dicat, & conferens non poeniteat, renouandi pristinam collationem, tacita noua collatione superueniente. Quod verum non est; quia ex sola tacitate non potest noua collatio induci, *Sed de benef. 3. p. q. 10. casu 3. n. 15.* Syluest. *verbo beneficium*. 3. *quast. 19.* Garcia 7. p. de *benef. cap. 7. num. 20.*

7 Vnica limitatio huic communi sententiae adhibetur, nempe, vt procedat in beneficiis curatis, & canonicatibus, vbi requiritur industria, & consilium, & fecus in aliis beneficiis simplicibus, sic aliis relatis Gonzalez *gloss. 4. n. 50.* Sed haec limitatio admittenda non est, quia caret fundamentum rerum & doctorum supra relati generaliter loquantur de omnibus beneficiis. Garcia 7. p. de *benef. c. 7. n. 20. in fine.*

8 Dixi, si penitus illiteratus sit. Nam si aliquam habet litterarum, esto non sufficientem, collatio facta valida est, esto conueniat eam irritare. argum. *text. in cap. quatuor. 15. de aetate, et qualitate*. et ex Trident. *sess. 7. cap. 3. de reform.* ibi interitur. Et ratio est; quia aequaliter potest beneficii mueri satisfacere, tamen si non competerent, & nullibi haberet collationem factam ei qui parum scit, fore irritam ipso iure, sed venite irritandam, sic aliis relatis docet Azor. 2. p. *lib. 6. c. 6. quast. 3. 5. et 7.* Garcia 7. p. de *benef. cap. 7. a. n. 15.* Gonzalez *gloss. 4. num. 47.* Augustin. Barbola de *pos. Episcop.* *illeg. 63. num. 3.* Neque obitat *textus in cap. 4. sess. 22. eiusdem concilij*, vbi prouiso facta ei, qui aetatem, & aetate quae qualitates ibi praescriptas integre non habuerit irri-

ta, & nulla esse affirmatur, & ponderandum est verbum *integre*, quod videtur denotare scientiam integram, sicut & aetatem integram. Non, inquam, obstat. Nam hic textus loquitur de aetate, & qualitatibus à iure determinatis, & nullius arbitrio remissis, qualis est aetas, & ignorantia, seu litteratura omnimoda. *textus vero dictus, cap. 3. sess. 7.* loquitur de qualitatibus arbitrio iudicis remissis, scilicet de scientia competente, de honestate morum, & aliis huiusmodi, in quibus arbitrium esse potest.

9 Quod si inquiras, quis censendus sit proflus illiteratus? Probabilis existimo esse solum illum, qui legere, & scribere latinè nescit. Quapropter si latinam linguam legere sciat, tamen si sentum non percipiat, crederem non esse proflus illiteratum, sed capacem esse pensionis Ecclesiasticae, & beneficii nullum aliud onus praeter officij diuini recitationem habentis, sic expressit Nauarr. in *cap. si quando. de rescript. except. 13. num. 8.* *et miscell. de orat. 33. num. 7.* *et miscell. 40. num. 8.* Garcia 7. p. de *benef. cap. 7. num. 15.* & inclinatur Azor. 2. p. in *lib. 6. cap. 6. quast. 3.* fauet Menoch. de *arbitrario casu* 425. a. num. 9. & colligitur ex *cap. sedulo. 38. dist. 1. ibi: Nouerint non esse voces ad aurem Dei, nisi animi affectum*. Ita enim non irridibunt, si aliquos antistites, & ministris Ecclesiae fore animaduertent, vel cum barbarissimis, & solacismis Deum inuocare, vel eadem verba quae pronunciant non intelligere, perturbatèque distinguere: non quia ista minime corrigenda sunt: sed quia pie toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono in foro, sic voto in Ecclesia benedicunt. Vnum tamen est apud doctores receptum, si prima grammaticae rudimenta didicit, non esse proflus illiteratum, sic plurius relatis Barbola *alleg. 46. num. 9.* Azor. *dicta quast. 3.* Gonzalez *gloss. 4. numer. 48.* Bernard. Diaz. in *prax. capit. 21. in fine.*

10 Deinde dubitatur; an ex dispensatione Pontificis possit beneficium conferri proflus illiterato? Negant plures relati à Gonzalez. *gloss. 4. num. 43.* Mouentur pluribus Scripturae locis requiritibus scientiam in prelato, vt est illud *Osee 4. Tu scientiam repulisti, et ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi, et Pauli 1. ad Timoth. 4. pluribus aliis relatis in cap. qui Ecclesiast. 36. dist.*

11 Sed omnino dicendum est causa iusta intercedente validè, & licitè beneficium illiterato conferri posse à Pontifice; quia ex iure diuino solum habetur, vt beneficiatus officium exercens aptus sit ad illud exercendum; à Pontifice ab hac obligatione excusare potest beneficium assignando coadutorem. Ergo cessat ratio, ob quam iure diuino illiterato beneficium dari non possit. Azor. 2. p. in *lib. 6. c. 6. quast. 4.* Aduerte raro causam adesse posse legitimam, vt Pontifex hanc dispensationem concedat.

12 Sed quid dicendum ex dispensatione Episcopi? Respondeo proflus illiterato nequaquam dari posse. Quia Episcopus non habet potestatem immutandi ius canonicum. At ex iure canonico collatio facta proflus illiterato est irrita, vt dictum est. Ergo non potest ex Episcopi autoritate valida fieri: sic aliis relatis Azor. *supra quast. 5.* Bene tamen poterit causa iusta intercedente ei qui parum scit, sed creditur breui tempore profecturus, beneficium conferre, quia pro aliquo tempore potest Episcopus in obligatione annexa beneficio dispensare. Azor. *supra* Raro tamen haec praestanda sunt.

13 Praeter supradictam qualitatem scientiae aliqua sunt beneficia, quae de hac scientia publicum testimonium ab aliqua vniuersitate requirunt. In primis pro Episcopatu, aliisque beneficiis superioribus statuit concilium *sess. 22. cap. 2. de reform.* ne vllus promoueat, nisi qui in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatus in sacra theologia, vel iure canonico merito sit creatus, aut publico alicuius Academiae testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, à superioribus suae religionis similem fidem habeat. Idem habetur in constitutione Gregorij XIV. super promouendis ad Ecclesias cathedrales, quae incipit, *Onus Apostolicae*. Haec tamen qualitas gradus non expostulatur pro dignitate principali Ecclesiae collegiatae, quatuorvis exemptae, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentis: quia concilium *dicto cap. 2.* solum fecit mentionem cathedralis, ibi: *Quicumque posthac ad Ecclesias cathedrales, &c.* & loquens generaliter de omnibus dignitatibus, *sessio 24. cap. 12.* hortatur, vt doctoribus conferantur, non autem id praecipit. sic decimum referunt Barbola *dicta sess. 22. cap. 2. et 3. part. allegat. 62. numer. 63.* Garcia 7. p. *cap. 7. numero 33.*

14 Pro dignitate scholasticae eundem gradum doctoris, magistri, vel licentiatu requirit concilium *sess. 23. cap. 18.* vbi de cetero officia, vel dignitates illae, quae scholasticae dicuntur, non nisi doctoribus, vel magistris, aut licentiatu in sacra pagina, aut in iure canonico, & aliis personis idoneis, & qui per se id munus explere possunt conferantur, & aliter facta prouiso nulla sit, & inualida. Possunt tamen ad hanc dignitatem assumi, qui non sunt ex illa regione; in qua est scholastica: sic refert Barbola decimum in supradicto loco concilij *num. 33.* *et allegat. 60. num. 62.* Garcia 7. p. de *benef. cap. 7. num. 35.* Limitandum tamen est hoc decretum, vt non procedat in Ecclesiis cathedralibus

bus existentibus in loco, ubi non est erigendum seminarium; qua ratione ipsius hac qualitas in magistro expostulatur. Garcia supra. n. 35. refert à sacra congregatione decilum.

15 Item statuit concilium sess. 24. c. 1. de reformat. eundem gradum doctoris, vel magistri, aut licentiatu in theologia, vel iure canonico requiri in Archidiaconis, qui oculi dicuntur Episcopi, cap. ad hac. de officio Archidiacon. Quod intelligi debet de illis Archidiaconis, qui iurisdictionem contentiosam habent, iuxta tit. de officio Archidiacon. Secus vero de illis qui hac iurisdictione ex recepta consuetudine carent. sic Anatal. Germon. tract. de indult. Cardinal. §. quibusvis num. 4. Riccius in praxi fori Ecclesiast. decif. 473. in 1. edit. et resolut. 497. num. 3. in 2. edit. Garcia de benef. 7. part. cap. 7. num. 40. et 46. Barbosa 3. part. de presb. Episcop. alleg. 60. num. 60. Item debet intelligi de Archidiacono, qui est caput capituli, & primus post Pontificem qualis nullus est in Hispania; nam in secularibus Ecclesiis est decanus, in regularibus prior. sic Nauar. c. 5. n. 15. Garcia n. 34. et seqq.

16 Pro decanatu Ecclesie Cathedralis, vel prioratu regularis nullus gradus doctoris, magistri, vel licentiatu expostulatur necessario à concilio: sed solum pro iis, & aliis dignitatibus tam Cathedralis, quam collegiatis Ecclesie hortatur concilium sess. 24. cap. 12. ut non nisi doctoribus, magistris, vel licentiatu conferantur, & insuper vel saltem dimidia pars canoniarum iis graduatis detur. Garcia numer. 43. et seqq. Barbosa alleg. 60. n. 58. et 61.

17 Solum pro canonico penitentiario Ecclesie Cathedralis expostulatur concilium sess. 24. c. 8. de reformat. gradum doctoris, magistri, vel licentiatu, quando aliis pro loci qualitate reperiri potest. Garcia 7. p. de benef. c. 4. n. 32. et c. 7. n. 49. Barbosa alleg. 65. n. 4. et alleg. 60. n. 68.

18 Aduertere collationem supradictarum dignitatum, Episcopatus, scholasticas, Archidiaconatus factam carentibus gradu requisito à concilio, esse nullam; quia est contra formam ab ipso prescriptam: sic Gare, Barbosa & Azor. supra. tamen si contrarium sentiat Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 206. existimat namque quando ius statutum in prouidendo gradum requirit, sufficere, si tempore electionis, seu collationis habilis sit ad illum statim sumendum. Quia non videtur cum eo rigore decretum intelligendum, ut actu gradum habeat: si enim sacerdotium, quod in beneficiis curatis requiritur permittit ius, ut post assumptum beneficium accipiatur, etiam id permittere debet de gradu doctoris, vel licentiatu, qui non est ita necessarius. Sed hac interpretatio nimis lata est; neque firmum fundamentum habet, maxime si verbis negatiuis gradus requisitus sit, ut dictum sit, non conferatur beneficium, nisi ei qui gradum habeat. His enim verbis solum habenti illam qualitatem actu denotatur posse conferri. Neque argumentum de sacerdotio in parochialibus requisito viget, cum ex iure ipso constet non praerquiri ad collationem, sed subsequi illam vide Garcia 7. p. de benef. c. 1. n. 61.

19 Difficultas tamen est; an si gradus sit obtentus absque scientia competente proficit, ne prouiso irrita sit? Ratio difficultatis est; quia hic gradus non tam pro se, quam pro scientia, quam supponit expostulatur, neque gradus inanis doctorem facit, sed scientia. Deinde quia Trid. sess. 12. cap. 2. notanter dixit non esse in Episcopum eligendum, nisi qui in vniuersitate doctor, magister, vel licentiatu merito sit promotus. Qui autem absque competenti scientia promotus fuerit, non est merito promotus. Ergo non habet qualitatem à concilio requisitam.

Nihilominus tenenda est contraria sententia, quia communior, & benignior, nempe collationem factam sic parum litterato validam esse, eo quod gradus collatus validus est, & consequenter illum habens privilegia graduatis competentia habere debet. Alias si ob defectum aliquis scientie, gradus qui in vniuersitatibus conferuntur nulli essent, & sic graduati privilegiis graduatorum uti non possent, plurima inconuenientia inde sequeretur. Dicendum ergo est & validos esse gradus, & collationem dignitatis: sic docet Azor. 2. part. instit. moral. lib. 6. c. 6. quest. 1. Garcia aliis relatis 7. p. c. 7. num. 50. Barbosa allegat. 55. num. 5.

20 Sed quid si gradum assumpsisti contra constitutiones, & consuetudinem vniuersitatis, ut si falsò probasti cursus necessarios, vel descriptionem in matricula, vel non seruasti formam in examine prescriptam?

Distinguendum est cum Azor. & Garcia supra. Si supradictae constitutiones ita expostulent cursus, & descriptionem in matricula, & formam examinis, ut declarent susceptionem gradus aliter factam nullam esse (ut in omnibus ferè vniuersitatibus est statutum) collatio beneficii gradum supponens inualida erit. Quia idem est non habere gradum, ac illum habere nullum. Et iura requirentia gradum, de gradu valido debent intelligi.

1. 4. §. on de vniuersitat. ff. de re iudic. At si iure ipso gradus non irritetur, cum validus persistat, collatio beneficii valida erit.

Qualiter ordo, & intentio illum recipiendi pro singulis beneficiis requiratur.

- 1 Nullus est capax beneficii, qui prima tonsura initiatus non sit. Reliqui vero ordines ad beneficia non praerquiruntur.
- 2 Ad Episcopatum debet sex menses antea in subdiaconatu esse.
- 3 Suscipiens parochiale tenetur intentionem habere intra annum presbyterium accipiendi.
- 4 Quid si cum animo dubio, aut conditionato. Alij affirmant esse peccatum, & obligationem restituendi fructus.
- 5 Alij negant.
- 6 Media via proceditur.
- 7 Antè iudicis sententiam debet fructus perceptos restituere, qui suscepit beneficium parochiale absque animo suscipiendi presbyterium.
- 8 Si abique animo sacerdotij beneficium est susceptum, & mortua voluntate sacerdotium intra annum suscipiendi, obligatus non est fructus restituere.
- 9 Explicatur supradicta.
- 10 Si recepisti beneficium curatum animo te promouendi ad sacerdotium, & culpabiliter promotus non fueris, alij affirmant te esse obligatum restituere fructus, alij probatius negant.
- 11 Stipendium vicariae concessum deducendum est.
- 12 Non est peccatum saltem mortale accipere beneficium animo satisfaciendi illius oneribus, dum retinetur, sed cum voluntate permuandi, vel resignandi eo tempore, quo superior permisit.
- 13 Quid dicendum de hac intentione in receptione dignitatum, quibus annuarum cura annexa est?
- 14 Recipiens beneficia simplicia, quibus ordo sacer annexus est absque animo illum recipiendi, esto peccator, non tenetur ante sententiam fructus perceptos restituere.
- 15 Quia culpa sit accipere beneficium animo non ascendendi ad ordines, sed beneficii reddendis fructibus, & postea illud à statu clericali dimittendi? Preponitur quoad curam est.
- 16 Affirmant aliqui esse mortale. Alij veniale.
- 17 Resoluitur per se nullum esse.

Certum est apud omnes neminem beneficii, quantumcumque minimi, capacem esse, qui prima tonsura initiatus non sit: cap. cum a deo. de rescript. cap. ex litteris. de translat. cap. 2. de instit.

Alij autem ordines, spectato iure communi, ad nullum beneficium necessario praerquiruntur, tamen si debeant suscipi post beneficium susceptum.

2 Solum de Episcopatu est à Concilio Tridentino sess. 24. c. 1. de reformat. requisitum, ut antea sex mensium spatio, quam ad ipsum assumptis, sis in facto ordine constitutus. Sed an sufficit esse in subdiaconatu, an vero debeat esse in reliquis ordinibus sacris constitutus? non satis exploratum est. Videtur debere omnibus factis ordinibus esse insignitum. Tum quia Greg. XIV. in illa bulla die 15. Maij 1590. quae incipit, *Omnis Apostolica*, in numero plurali dixit debere esse in factis constitutum, iuxta statutum in cap. Ovis 61. dist. Ergo non solum subdiaconatus, sed diaconatus, & presbyteratus requiritur. Et ratio esse potest, quia ad Episcopatum omnes sacri ordines praesupponendi sunt. Ergo in omnibus illis debet esse antea versatus: & ita tenet August. Barbosa de officio, et potest. Episc. 2. part. alleg. 1. n. 37. Nihilominus existimo sufficere, si in subdiaconatu ordine per sex menses antea versatus fuerit, sic indicat Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 19. n. 98. Azor. 2. p. lib. 6. c. 8. q. 1. Mouet, quia in c. a. multum de auge. & qualis. expressè dicitur posse subdiaconum in Episcopum eligi qui textus non videtur esse per concilium reuocatus, sed solum additum, ut in illo ordine per sex menses antea fuisset constitutus. Deinde quia concilium solum sacrum ordinem expostulatur. Et licet Gregor. XIV. in sua bulla vltus fuerit plurali numero, spectatum communem ritum loquendi, quo subdiaconatus ordinatus dicitur esse in factis.

3 Quoad intentionem vero suscipiendi sacrum ordinem, neque statum clericalem deserendi, grauior dubitatio est, pro quibus beneficiis requiratur?

Et in primis dicendum est suscipientem parochiale beneficium obligatum esse sub mortali habere intentionem suscipiendi intra annum presbyterium, iuxta text. in c. licet canon. de electione. in 6. Alias teneri fructus susceptos restituere; quia illos fraudulenter recipit (nisi voluntate mutata promotus fuerit.) sic habetur expressè in c. commissis. vlt. ceterum. de elect. in 6. imo non solum sic recipiens beneficium obligatus est illos fructus restituere, sed etiam conferens, si illum statum intentionem fecit, quia fraudi cooperatur: sic in supradicto textu. Quod intelligendum est casu quo accipiens beneficium non restituere; quia conferens solum in defectum beneficii primo

primo obligati tenetur: sic Glossam supradictam in fine Domini. n. 2. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 45. n. 2. Valq. opusc. de benef. 3. s. 3. n. 31. Is positus, vt certis.

4. Dubium est, an satisfaciatur huic obligationi; si cum animo dubio, hæsitans, inquam, an susceperis sis ordinem; an non; vel cum animo conditionato nimirum presbyteriam suscipiendi, nisi tibi aliquid facticium contingat, beneficium accipias parochiale;

Negat in vtroque casu te satisfacere obligationi Sotus l. 10. de iustit. q. 5. art. 6. colum. 2. vers. Et nota, Azor. 2. p. lib. 6. cap. 9. q. 3. Gutier. lib. 2. canon. q. cap. 3. ad num. 2. Mouentur; quia textus in cap. commissio absolutam intentionem assumendi presbyteratum videtur expostulare. Inquit enim textus. Caterum si promoueri ad sacerdotium non intendens parochialem receperis ecclesiam, vt fructus ex ea per annum percipias; ipsam postmodo dimissurus (nisi voluntate mutata promotus fueris) teneberis ad restitutionem fructuum eorumdem, cum eos receperis fraudulenter. Qui enim sub conditione tantum intendit, absolute non intendit promoueri, Ergo non satis facis obligationi textus. Adde, absolute recipis fructus absque vlla conditione. Ergo absolutam habere debes intentionem, cum fructus ob futurum futurum saltem in tua intentione concedantur. Contrarium tamen in vtroque casu nempe neque peccare; neque ad restitutionem fructuum te obligatum esse sic beneficium suscipiendum, tenet Nauar. cap. 25. num. 118. Et de orat. cap. 2. num. 45. Et consil. 17. de clerico non residente. Grassi in decis. aurore. lib. 2. cap. 97. num. 55. Garcia 3. par. de benef. cap. 4. num. 46. Et 48. Mouentur, quia in dicto cap. commissio, fructus mandatum restitui ei, qui receperit Parochialem Ecclesiam, non intendens ad sacerdotium promoueri; qui autem dubium animum habet, dici non potest, quod non intenderit ad sacerdotium promoueri, cum potius de promotione dubitauerit. Ergo non procedit contra dictum textum. Et confirmo: Qui sic dubius recipit beneficium, fraudem non videtur committere, cum fraus in eo consistat, vt accipiat beneficium animo fruendi fructibus illo anno postmodum dimissurus. Item ad restitutionem fructuum excusatur sic fraudulenter beneficium recipiens, si mutata voluntate promotus fuerit. Ergo si quom est voluntatem priorem non dubiam, sed absolutam non te promouendi fuisse debere.

5. Caterum credo media via procedendam esse, & affirmandum, si animum dubium habeas, te peccare mortaliter, & obligatum esse fructus restituere, nisi deposito illo animo dubio intra annum ordineris, secus vero si animum conditionatum habeas: sic Ludouic. Lopez 1. p. in tractatu cap. 2. s. 5. colum. 7. Vega 1. tom. sum. cap. 36. casu 25. Manuel 7. tom. sum. in 2. edit. c. 30. num. 6. concl. 6. Thom. Sanch. l. 7. de matrim. disp. 45. num. 10. Ratio prioris partis est Quia dubium habens animum promouendi carum animo, & voluntate promotionis. Ergo peccas mortaliter, sic beneficium suscipiens, & retines cum obligatus sis habere voluntatem ea implendi, qua tali beneficio annexa sunt. Et confirmatur. Stante tali animo dubio nunquam promoueri potes. Ergo non potest esse intentio sufficiens ad beneficium suscipiendum. Ratio vero secundæ partis ea est; quia voluntas conditionata vera voluntas est; & illa posita ordines suscipere potes, si beneficium non dimittas.

6. Secundo dubitabis, an in foro conscientie ante iudicis sententiam obligatus sis restituere fructus perceptos ex beneficio accepto absque animo sacerdotium suscipiendi; Ratio diffinitiuè est; quia ob defectum illius voluntatis non redditur nulla beneficii susceptio, siquidem mutata illa voluntate, & ordine accepto beneficium, & fructus retinere potes absque noua collatione. Ergo siquidem est collationem priorem validam fuisse, vt relato Nauar. d. cap. 1. de orat. num. 48. docet Sanch. d. disp. 45. num. 5. Si ergo valida est beneficii collatio, fructus inde accepti tui sunt. Ergo obligatio illos restituendi solum ex lege habetur; nulla autem lex videtur obligare, vt quis ante sententiam saltem de clariorum criminis in seipso penam exequatur, & se prius iure quæsit, vt latius. tract. de legib. disp. 2. punct. 2. dictum est. Ergo ante sententiam non eris obligatus hos fructus, quorum habes dominium restituere.

Nihilominus tenenda est communis omnium sententia, te obligatum esse in foro conscientie ante vllam iudicis sententiam hanc facere restitutionem; sic Nauar. cap. 21. de orat. n. 47. Et 49. Gutier. lib. 2. canon. quæst. cap. 5. num. 10. Sanch. lib. 7. disp. 45. num. 3. Lessius lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 19. à n. 100. Et dub. 26. per totum. Valq. opusc. de benef. cap. 3. s. 3. dub. 1. n. 41. & alij apud ipsos. Ratio ea videtur esse, quia esto beneficii acceptio valeat, & fructus percepti tui sint. At horum valor, & firmitas pendet ex eo quod voluntatem mutes: si enim illam prauam voluntatem non suscipiendi sacerdotium non relinquant, titulus beneficii & dominium fructuum sic lege disponente euanesceat. Negari enim non potest, Pontificem posse beneficii titulum, & fructuum dominij sic concedere. Quod autem de facto sic concessum sit, communis doctorum explicat, & verba, d. cap. commissio clare denotant.

7. Tertio dubitabis, si absque animo sacerdotij accepti beneficium, postea voluntatem mutasti, & sacerdotium susceperis, de his restituere fructus perceptos illo tempore, quo debita

intentione caruisti? Affirmat Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. col. 3. & indicat Tolet. lib. 5. sum. cap. 5. num. 5. Moueri possunt, quia non est æquum, vt superueniens voluntas ius ad fructus decursos, & male perceptos concedat, illaque clausula d. c. commissio, nisi voluntate mutata promotus fueris, ad fructus futuros, non ad præteritos debet extendi.

Sed absque dubio tenendum est, te non esse obligatum restituere: sic Gloss. d. c. commissio, verbo mutata, verbo promouendum & ibi Archidiaconus in fin. Nauar. c. 21. de orat. num. 46. Et 50. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 25. numer. 7. Et 9. Valq. x. l. 2. disp. 160. n. 35. Lessius lib. 2. cap. 34. n. 133. Suar. de legib. lib. 4. c. 13. n. 30. Garcia 3. p. de benef. cap. 4. num. 51. Ratio est, quia textus in d. cap. commissio expresse statuit te obligatum esse fructus restituere fraudulenter perceptos, nisi mutata voluntate promotus fueris; sed nulli alij sunt fraudulenter percepti, nisi illi qui recipiuntur absque animo suscipiendi sacerdotium. Ergo horum restitutio cessat mutata voluntate, & ordine susceperis. Et confirmo, per mutationem voluntatis, & sacerdotij assumpti cessat fraus commissio ad suscipiendum beneficium, quæ in eo sita erat, vt vellet fructibus beneficii sui per annum absque sacerdotio, postmodum beneficium dimissurus. Ergo pena imposta ob illam fraudem, non potest in hoc casu habere locum.

8. Dixi te esse excusatum à restitutione fructuum, si mutata voluntate ordines suscipias. Quare non sufficit mutare voluntatem, sed perseuerare in illius mutatione cum effectu ordinem suscipiendum. Alias vana erit talis voluntatis mutatio. Sanch. d. disp. 45. num. 9. Garcia 3. p. de benef. cap. 4. num. 51. Azor. 2. p. l. 6. c. 8. quæst. 10. Quapropter si voluntatem mutes eo tempore quo iure non potes sacerdotio insigniri, nequaquam à restitutione excusaris? quia illa voluntatis mutatio vana est, & inutilis, & motu purgare non potest: sic Azor, loco alleg. Verum si voluntatis mutatio contingat eo tempore, quo potes iure ad sacerdotium promoueri; & at de facto non promouetis, quia infirmus es, vel quia Episcopus est abens, vel quia non vult te ordinibus insignire, vel quia tecum dispensat ex aliqua causa legitima; sufficienter à restitutione excusaris. Quia per te non stat culpabiliter non promoueri, sic Sanch. lib. 7. disp. 45. n. 8.

9. Quarto dubitabis, si recepisti beneficium curatum animo promouendi intra annum, sed postea voluntate mutata promotus non fuisti, tene sine fructus illo anno perceptos restituere. Affirmat Gloss. in d. cap. commissio, verbo non intendens, & ibi Dominicus §. caterum, n. vnic. Sotus l. 19. quæst. 5. art. 6. concl. 1. Gutier. lib. 2. canon. quæst. cap. 5. n. 13. Tolet. lib. 4. sum. c. 18. n. 4. Grassi 1. p. decis. lib. 2. cap. 97. num. 54. Azor. 2. p. lib. 6. c. 9. quæst. 4. Garcia 3. p. de benef. c. 4. num. 55. Mouentur, quia eadem videtur esse ratio in retentione ac in prima beneficii acceptione. Negarique non potest te cum fraude beneficium retinere ad lucrandos fructus; debes ergo illis priuari; quia fraus, & dolus nemini patrocinari debent. Adde fructus parochialis beneficii dantur ob seruitium sacerdotale præteritum, vel quod faciendum speratur, at nolens ordinari neque præstat officium sacerdotale, neque sperat præstandum: Ergo non habet titulum vllum ad fructus percipiendos. Ergo ab illo tempore, à quo intentionem mutauit, obligatus erit fructus restituere.

Nihilominus est supradicta sententia sit satis probabilis, probabilior est te obligatum non esse fructus perceptos illo tempore restituere, tametsi grauissimè pecces: sic Nauar. cap. 21. de orat. num. 50. Et in sum. cap. 2. s. 2. num. 118. Ludouic. Lop. 1. p. in tractatu c. 25. col. 3. Man. 1. i. sum. 2. edit. cap. 30. num. 6. concl. 6. Vega 1. i. sum. cap. 36. casu 23. Thom. Sanch. l. 7. de matr. disp. 45. num. 11. Lessius lib. 2. de iust. c. 34. n. 34. Et seqq. Ratio ea est, quia leges penales extendendæ non sunt ultra casum expressum. At supradicta lex relata in cap. commissio, loquitur expresse de eo, qui recepit beneficium absque intentione se promouendi, non de eo, qui bona intentione recepit, & mala retinet. Ergo ob retentionem obligati non debes ad restitutionem faciendam. Adde non esse eandem rationem in retentione, ac in prima acceptione. Quia prima acceptio ius in beneficium, & in fructus tribuit; eaque de causa grauiter fraudem committit: sic beneficium recipiens, quam qui solum illam fraudem in retentione habet.

10. Sed quidquid sit de hac obligatione, illud existimo certum deducendum esse stipendium quod vicario conceditur; quia cum validè beneficium retineat, neque illo nisi post annum priuerit, licet designat administratorem, & consequenter stipendium: sic Gutier. lib. 2. canon. q. c. 5. n. 23. in fine, tametsi contrarium sentiat Garcia c. 4. num. 56.

11. Quinto dubitabis an recipiens beneficium parochiale cum animo illud resignandi, vel permutandi pecces, obligaturque sis fructus eo tempore, quo non resignas, perceptos restituere; Et quidem te obligatum esse habere animum beneficio inferendi, & illius oneribus satisfaciendi, dum retines, clarum est: aliàs mortaliter peccabis, & obligationem restituendi fructus habebis, quam habent non residentes, de quibus disp. seqq. At posita voluntate te promouendi intra annum, si beneficium retines, & inferendi dum illud retineas, non credo te peccaturum saltem mortaliter, ex eo quod accipias animo resignandi, vel permutandi eo tempore quo resignationem,

vel permutationem superior petmiserit. Neque enim recipiens beneficium obligatus est illud semper retinere, sed potest illud permutare, vel resignare, ut passim contingit. Ergo habens hanc voluntatem, cum beneficium suscipit, nihil iuri contrarium facit, tamen si unico die illud retinere proponat, sic Nauarr. lib. 3, consil. tit. de prebendis, consil. 24. num. 2. & Sanchez, lib. 7, de matr. disp. 45. n. 11. Valq. opusc. de benef. cap. 3, §. 3. dub. 1. in fine, Lellius dicit non esse peccatum mortale, lib. 2, c. 14. dub. 2. c. n. 136. Hucusque de beneficiis parochialibus susceptione: Sed quia sunt dignitates curam animarum habentes, aliaque beneficia simplicia.

12 Sexto dubitare poteris an supradicta intentio recipiendi sacerdotium in beneficiis parochialibus, debeat adesse in receptione dignitatum, quibus animarum cura annexa est, ita ut si recipias aliquam ex his dignitatibus, non intendens promoveri, sed fructus percipere fraudulenter, tenearis & dignitatem dimittere, & fructus restituere, nulla expectata sententia; si voluntate mutata intra annum promotus non fueris? Videtur dicendum te esse obligatum, quia hae dignitates beneficiis parochialibus in iure equiparantur, maxime cum sit eadem ratio, sic Valq. opusc. de benef. cap. 3, §. 3. num. 31. Sed nihilominus contrarium non videtur impossibile, quia textus in cap. commissa, cap. licet canon. cap. ex eo de electione, in 6. solum loquuntur de beneficiis parochialibus: non igitur dignitates sub iis comprehenduntur, praecipue cum in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de electione, tanquam distincta a reliquis beneficiis curatis apponuntur. Deinde quia in eo cap. cum in cunctis, & in concilio Trident. sess. 24. de reform. cap. 12, statuitur suscipiens has dignitates debere intra annum sacerdotio ordinari; aliis si admodum non fecerint, priuatur Ecclesia. At in cap. commissa, tum deo cap. licet canon. nulla praecedente mentione priuatur beneficium, qui intra annum non susceperint ordinem requisitum. Ergo non est eadem tenore de beneficiis parochialibus, ac de dignitatibus curam animarum habentibus procedendum; & ita tenet, aliis relatis, Garc. 3, p. de benef. c. 4. n. 20.

13 Septimo dubitabis de aliis beneficiis simplicibus, an inquam recipiens ea absque animo recipiendi ordinem factum eis annexum obligatus sit fructus percipere restituere, nulla expectata sententia? Aliqui affirmant, quia videtur esse eadem ratio, ac in beneficiis curatis; si quidem aequè fraudulenter illos recipis, ac recipis fructus beneficii curati, & cum omnibus obligatio assumendi ordinem annexa sit. Sic Iacob. de Graff. decis. casuum conscient. lib. 2, cap. 97. n. 55. Garcia, aliis relatis, 3, p. de benef. c. 4. n. 38.

Sed dicendum est te obligatum non esse hos fructus ante sententiam restituere: sic Nauarr. cap. 21, de orat. c. 51. & in sum. cap. 2, num. 118. Sanchez lib. 7, de matr. disp. 45. num. 13. Salas de legib. disp. 9. sect. 1. num. 15. Lellius lib. 2, cap. 34. num. 132. Gurrier. lib. 2, canon. quast. cap. 5. num. 24. Azor. 2, p. lib. 6, cap. 9. quast. 3. & 7. Valquez opusc. de benef. cap. 3, §. 3. dub. 1. & alij plures apud ipsos. Ratio est; quia in dicto cap. commissa, solum de beneficiis parochialibus disponitur: non igitur ad simplicia parialis constitutio extendenda est, praecipue cum longe minor culpa inueniatur in receptione beneficiorum simplicium, quam curatorum. Adde his beneficiis simplicibus ordinem factum habentibus annexum, nempe canonicatus, dignitates, &c. imponitur poena prima medietatis fructuum, Secunda omnium, ac tandem beneficiorum. Ergo signum est ipso iure, & nulla expectata sententia nullam esse obligationem fructus restituere.

14 Octauo dubitabis qualem culpam committas beneficium simplex recipiens animo non ascendendi ad ordines, sed potius relinquendi statum clericalem, postquam aliquo tempore fructus beneficii perceperis? Qua in re omnibus competum est, si beneficium ordinem annexum habet ex iure, constitutione, fundatione, aut consuetudine, te grauitur peccatum si absque hac intentione beneficium accipias. Quia carens intentione obseruandi ius. At si beneficium nullum ordinem annexum habeat, qualia sunt in Hispania plurima praestimonialia, & capellaniae, & canonicatus Ecclesiarum collegiarum; quibus satisfacias, si in habitu clericali incedas, & officium diuinum recites, credo te non peccatum, tamen si voluntatem habeas non assumendi ordinem factum, cum nullo praecipue tenearis illos ordines factos assumere, sic Nauarr. cap. 2, §. num. 18. Graff. decis. casuum conscient. lib. 2, cap. 97. n. 55. Sanchez, lib. 7, disp. 45. n. 17. Garc. 3, p. de benef. cap. 4. num. 41.

15 Maior dubitatio est, an pecces, si hoc beneficium accipias animo fruendi eius fructibus aliquo tempore, & post modum relinquendi transendo ad statum coniugium. Te peccare mortaliter affirmat Sotus lib. 10, de iust. q. 5. ar. 6. colum. 4. Toller. lib. 3, summa, cap. 13, num. 4. & lib. 5, c. 5, num. 5. Nauarr. miscell. de orat. 44. in nouis ed. num. 2. Mouentur, quia decipis Ecclesiam, quae tibi beneficium non conferret, si sciret cum hac intentione assumere. At Thom. Sanchez lib. 7, de matr. disp. 45. num. 19. solum agnoscit peccatum veniale in hac intentione, si voluntatem habeas beneficio inferendi, eiusque obligationibus satisfaciendi: consentit Lellius lib. 2, cap. 34. dub. 16. num.

132. ea inquam limitatione apposita, si studiorum causa, alioque sine honesto ducaris. Priorem partem sic probant; quia nullo iure naturali, neque positio recipiens beneficium obligatur in illo statu perseverare. Ergo non peccas grauitur habens voluntatem non perseverandi. Quod autem culpam venialem in tali intentione committas probat ratio superior allata, quia aliquo modo Ecclesia decipitur, & quia beneficium ad sustentandum beneficium in statu clericali ordinatur.

16 Ceterum credendum probabilius per se nullam esse culpam in tali intentione. Quia nulla potest esse culpa, nisi ubi est alicuius praecipue violatio: at nullum est praecipuum posituum, nec naturale obligans beneficium ex susceptione beneficii ad perseverandum in statu clericali; imo potius à iure liber transitus ad nuptias beneficiis conceditur, modo beneficia relinquunt, cap. Ioannes, cap. diuersis fallacis, de clerico coniugato. Ergo nulla potest esse culpa non perseverandi in illo statu. Adde si aliqua esset culpa, grauis deberet esse. Quia relinquere statum clericalem grauis materia est. Neque in hac intentione Ecclesia decipitur, neque iuste est iniura, cum non intendas aliquid contra id, quod ab Ecclesia est dispositum: beneficium enim datur ad sustentandum beneficium in statu clericali, eo tempore, quo beneficium habetis, non tamen cum obligatione, ut semper beneficium retineat, & statum incomparabilem non accipiat. Sic Garcia 3, p. de benef. c. 4. n. 32. & clare indica Nauarr. cap. 21, de orat. n. 32.

PUNCTVM. VIII.

De carentia censuræ, irregularitatis, alteriusue impedimenti ad beneficium requisita.

- 1 Carentia censuræ, & irregularitatis, &c. requiritur.
- 2 Item carentia uxoris.
- 3 Apponitur quadam limitatio.
- 4 Ex Episcopi dispensatione aliqui affirmant coniugatum capax esse beneficiorum, alij verus negant.
- 5 Item debet esse carentia bigamia. Sed an ex dispensatione Episcopi capax beneficiorum bigamus esse possit. Alij affirmant.
- 6 Probabilius est incapax esse, si bigamia propria, & interpretatiua sit.

1 Ceterum est excommunicatum excommunicatione interdicti, & suspensum, & interdictum inhabile esse beneficii recipiendi, ut latè dicimus tract. de excommunicatis, suspensis, & interdictis. Idemque dicendum est de irregularitate, ut in eodem tractatu notamus.

2 Præter supradictam carentiam, aliam habere debet, scilicet uxoris, vxorati namque beneficiorum sunt incapaces, ut tradunt omnes in cap. 2, de clerico coniugato, per textum ubi ubi inquit Pontifex. Prouideas attentius ne deinceps clericus coniugatus ad beneficia Ecclesiastica aut sacros ordines, vel administrationes Ecclesiasticas admittatur, nisi forte castitatem voverit perpetuam, & qui vnicam, & virginem habuisset uxorem. Ex quibus verbis constat, coniugatum non solum incapax esse beneficii recipiendi, sed etiam, cuiuscunque Ecclesiasticæ administrationis: sic relato Cætare de Graff. decis. 14. & 51. tenet Garcia 7, p. de benef. cap. 5, num. 3. Sanchez lib. 7, disp. 42. n. 12. Quod adeo verum est, ut regula de trienniali possessorio et flagitanti non possit, quia omnino est incapax sicut laicus beneficii acquirendi, & retinendi: Rebuff. de pacific. possess. n. 117. in fine. Ludouicus Gomez reg. de trienniali q. 6. §. sed breuiter. Sanchez lib. 7, de matr. disp. 42. num. 15.

3 Limitanda tamen est hæc doctrina ex supradicto textu ubi vxor confentiat, ut ad ordines ascendat, & ipsa si inuenis est religionem proficere, vel si prorektor sit votum castitatis emittat; quia sic confentiente, & professionem emittente non est viro recursus ad coniugium. Et idem esset, quando vir legitimam diuortij causam haberet, posset tunc ordinibus insigni, & beneficium accipere: sic Sanchez n. 16.

4 Quod si inquiras, an ex Episcopi dispensatione capax coniugatus sit beneficii acquirendi? Affirmant plures, quos tenet Sanchez dicta disp. 42. n. 17. capax esse beneficii simplicis, locus curati, Mouentur ex c. Ioannes, de clerico coniugato, ubi suspicatur coniugatum percipere posse beneficium. Deinde Episcopus dispensat cum homicida in beneficio simplici, & cum irregulari cap. ad audiendum, de homicidio, cap. Henricus, de clerico pugnante in duello, item cum deposito, cap. Salomon, c. 3, disp. Ergo cum vxorato poterit dispensare.

Nihilominus veritas est solum Pontificem hanc dispensationem concedere posse, sic pleribus firmat Sanchez, supra, num. 11. Garc. 7, p. de benef. cap. 5. Ratio videtur manifesta; quia ipsi Episcopus interdicitur conferre beneficia coniugatis, cap. 2. & cap. diuersis, de clerico coniugato; & si scierit ea conferre, spoliansi suat per superiorem. Ergo Episcopus non est datum ea conferre. Neque obstat textus in cap. Ioannes, supponens coniugatum habere beneficium; quia potest explicari ex dispensatione Pontificis. Minus obstat, quod Episcopus cum homicida.

homicida, deposito, & irregulari dispenfer in beneficio simpli...

Solum est dubium an ex dispensatione Episcopi possit ordines...

Nihilominus vetus existimo, non posse Episcopum neque in ordinibus minoribus, neque in beneficio simplici cum bigamo...

PUNCTUM IX.

De naturalitate, & consanguinitate pro aliquibus beneficiis requisita.

- 1 Ex legibus hispania, solum naturalibus horum regnorum beneficia concedi debent.
2 Explicatur quis sit naturalis.
3 Ex speciali statu alij alijs habiles excluduntur.
4 Si dicitur alius a designatis, an teneat collatio; sub distinctione respondetur.
5 An possit patronatus eligere ex consanguineis remotum, si testator solum dixit, eligat ex consanguineis quem capacem invenierit.
6 Si testator dixit, ut proximior eligatur, eligi debet proximior fundatoris, non ultimi capellani.
7 Quia si duo sint aequi propinqui, alius via masculina, alius feminina.
8 In aequali gradu consanguineus mariti preferendus est, cum ex bonis communibus uxor, & maritus capellaniam fundant.
9 Apponitur quadam limitatio.
10 Qualiter computatio proximitatis facienda est.
11 Beneficium relictum pro consanguineis, an illegitimis dispensatis, seu legitimis conferri possit & proponuntur aliqua certa.
12 Resolvitur questio, spectanda esse verba fundatoris.
13 Quo loco admittendus est spiritus, & illegitimis. Verius est esse admittendum deservientibus legitimis.

Tamen si iure communi omnibus alijs habitibus vadeant que sint, beneficia conferri possunt, cap. ad decorem, de iurur. & ibi Glossa verbo vadeantque, & Abbas n. 4. Tamen in nostro regno lege sancitum est, ne alius quam oriundus, siue naturalibus beneficia conferantur, vt habetur leg. 14. & alijs, tit. 3. l. 1. reposit. & de Gallia testatur Cosmas in premio pragmatice sanctionis, s. nam Ecclesiarum, verbo exteriorum ad finem. Idemque alijs pluribus regni est statutum, & merita, quia naturales diligentius inseruiunt, & cum maiori fructu, & Ecclesias dicant, non spoliant, secus exteri. Vt autem haec leges, & quales...

bet alia secularia statuta effectum habeant, debent a sancta sede approbari, quia alias eorum dispositio non tenet, vt pote in materia ecclesiastica, & contraria iuris communis dispositioni...

2 Quod si iniquitas, quis dicendus sit naturalis, seu oriundus ex regno Castellae, vt capax beneficii censeatur? Respondeo illum dici & solum qui in regno Castellae natus est, vel saltem eius pater, quia a naturalitate propria, vel paterna oriundus quis dicitur, vt ex Iason, in leg. huiusmodi, §. legatum ff. de legatu. l. 1. num. 18. docet Mandos, ad regul. Cancel. reg. 16. q. 40. & pluribus relatis Barbosa de potest. episcop. alleg. 4. n. 6.

3 Praeter naturalitatem sunt aliqua beneficia, quae ex eorum fundatione, institutione, statuto, consuetudine, aut privilegio consanguineis fundatoris, alijve certis personis debentur, vt alijs relatis docent Couar. reg. peccatum. 2. p. 87. n. 5. Gutierrez, conf. 2. n. 3. & l. 2. canon. q. c. 11. n. 37. Zenedo collect. 89. ad decreti. Garcia 7. p. de benef. c. 15. a. n. 1.

4 Difficultas est, an si datur alijs a designatis teneat collatio? Distingendum est, si ob fauorem ipsorum designatorum sit designatio, vt censeatur facta quoties consanguineis fundatoris, vel oriundis ex aliquo loco beneficia designantur, collatio tenet, qm aliquis ex designatis non contradicit, sicuti tenet collatio beneficii iuris patronatus sibi pro patrono, dum patronus non contradicit, quia solum rescinditur vtraque collatio ob patroni, vel designatorum praedictum, Zenedo Curieri. Garcia, & alij supra. Verum si non ob fauorem designatorum, sed ob ecclesiae, & beneficii respectum, vt melius, inquam, ecclesiae provideatur, & beneficii obligationibus fiat satis, certo generi personarum beneficia designantur, qualiter designantur canonicatus doctorales, & magistrales graduatis in aliqua Hispaniarum vniuersitate, tunc deficiente qualitate requisita beneficii collatio nulla est, tamen nullus alius qualificatus petat sibi conferri, quia non in fauorem ipsius, sed ecclesiae quae semper censeatur inuita, qualitas designatorum expostulata est, ideoque ad cuiusvis, etiam non qualificati, petitionem declarari nulla collatio potest, sic expresse Garcia 7. p. de benef. c. 15. a. n. 11.

5 Deinde dubitare potes, quis ex consanguineis censeatur designatus, cum testator dixit, vt patronus provideat semper vnum ex suis consanguineis si capax reperiat, an inquam ex vi huius clausulae possit patronus eligere, quem ex consanguineis maluerit, vel teneatur eligere propinquior?

Communis sententia est obligatum esse eligere propinquior, quia tunc intelligitur electio non voluntati patroni, sed eius iudicio, & arbitrio commissa, quod regulatum esse debet, ac proinde eligendus, quem fundator magis praesumitur diligere, qui est sibi propinquior: sic videtur tenere Garcia 7. p. de benef. c. 15. n. 17. Gutierrez, lib. 1. canon. quest. c. 15. n. 38. & conf. 26. n. 11. Perez de Lara de annuer. & capellan. lib. 2. cap. 2. a. n. 7.

Ceterum non videtur probabilitate ceteri, posse patronum eligere, quem ex consanguineis maluerit. Quia eius voluntati videtur commissa electio, iuxta leg. vnum ex familia, §. si de Falcidia ff. de leg. 2. si enim testator dixisset expresse, se relinquere capellaniam consanguineo, quem patronus elegerit, electio commissa est voluntati patroni, Ergo similiter est dicendum, cum testator dixit, vt patronus provideat vnum ex consanguineis, tacite enim dixit, vt provideat, qui sibi placuerit, sic Eman. Rodrig. tom 1 summa. c. 106.

6 Quid si testator dixit, vt consanguineus proximior eligatur, eligere debet proximior fundatoris an proximior vltimi capellani? Dicendum est proximior fundatoris eligendum esse. Quia capellaniam non successione haereditaria, & quasi maioratus ad haeredes transfertur, sed ex collatione ordinarij spectata fundatoris voluntate, quae semper praesumitur esse de sibi propinquiori, sic Lambertini, lib. 2. de iure patron. 3. p. 9. §. art. 4. n. 12. & 15. Perez de Lara l. 2. de annuer. & capellan. cap. 2. a. n. 7. Garcia 7. p. de benef. cap. 15. a. n. 20. Valq. de testam. c. 8. §. 3. dub. 2. n. 48.

7 At si duo sint aequi propinqui, alius descendens per lineam masculinam, alius femininam, non videtur patronus obligatus descendenti per lineam masculinam descendenti per lineam femininam praeferre, quia in capellanis non tractatur de conferenda agnatione, ac proinde non videtur haec sufficiens ratio praedictis, Garcia de benef. 7. p. cap. 15. num. 21. Contrarium tamen verius existimare, eo quod consanguineus per lineam masculinam saepe praesumatur magis dilectus, & affectus fundatoris, vt pote qui eius agnationem excellentiori via conferuat.

8 Hinc collige quando vxor, & maritus ex bonis communibus capellaniam fundarent conferendam vtriusque consanguineis praeferrendum inquam esse in aequali gradu consanguineum mariti. Nam sicut maritus in fundatione videtur praecipua persona, ita etiam in electione eius consanguinei praerendi sunt, Zeuallus com. contra commun. q. 265. a. n. 13. Gregor. Lopez in simili, leg. 2. tit. 1. part. 2. verbo el mas propinquor patiente, quamuis contra teneat Garcia 7. p. de benef. cap. 15. n. 22.

9 Limita tamen nisi consanguineus vxoris prius nominati esset, quia ex scripturae nominatione praui colligitur mens mariti

fuisse illos præferre, vt latè Felin. in c. dilecti. verbo ordo scripturæ. de rescriptis. n. 4. & seqq. Ant. Gomez. i. tom. var. c. 2. n. 4. & 5. Gutierrez. c. 26. n. 10.

10 Qualiter autem hæc computatio proximitatis faciendâ est, an secundum ius canonicum, an civile? Probabilis existimo secundum ius civile faciendam esse: nam licet capellania non iure successione conferatur, conferenda tamen est iis, qui fundatori proximiores fuerint; ad cuius inuestigationem non tam canonica computatio, quam civilis, & legalis deseruit, sic Garcia 7. p. de benef. c. 15. n. 25. Excipe tamen nisi fundator consanguineos intra quantum gradum determinaret; quia ratione huius determinationis, & designationis canonicam computationem videtur accecidisse, in qua solum consanguinitas vsque ad 4. gradum extenditur. Garc. supra. n. 27.

11 Grauior dubitatio est, an beneficium, quod fundator reliquit pro suis consanguineis, possit conferri illegitimis, & spuris, si alias ad beneficia consequenda dispensatione Pontificis habiles existant? Quæ in re certum esse debet, si rescripto Pontificis legitimatus sit spurus, poterit, & debet ei beneficium conferri. Quia Pontificis legitimatione præstat in Ecclesiasticis rebus, quidquid præstatet vera naturalis legitimatione; quia est integra natalium restitutio quoad spiritualia? quale est beneficium: sic expressè Garcia 7. p. de benef. c. 15. n. 46. At si rescripto secularis principis legitimeretur, dubitant plures capaxne sit beneficii consanguineis fundatoris relicti? Quia legitimatione secularis principis solum facit legitimum quoad successiones, & honores temporales, non quoad beneficia, aliâque iura Ecclesiastica. Nihilominus credo supradictio spurio legitimatione à seculari principe beneficium conferri posse, & debet, si alias habilis sit ex dispensatione ad beneficia obtinenda. Nam esto secularis princeps solum legitime possit ad temporalia, & non ad spiritualia; at legitimationem in temporalibus concedens, illegitimum facit esse de familia, genere, & parentela fundatoris, & consequenter habilem reddit, vt dispensatione accedente beneficium possit obtinere, sic Garcia supra.

Secundo videtur certum, in Hispania beneficium relictum pro iis qui sunt de familia, cognatione, domo, genere, stirpe, seu parentela, posse, & debere dari filiis illegitimis naturalibus. Quia cum hi gaudeant nobilitate parentum. l. 1. tit. 11. part. 7. de eius genere, cognatione, & familia censentur. Garcia 4. p. de benef. c. 15. n. 49.

Tertio sit certum, illegitimos spurios ex parte matris capaces esse cuiusvis beneficii, & legati pro suis cognatis relicti. Quia respectu matris nulla datur incertitudo; ac proinde sunt de eius genere, & familia. Azuero conf. 24. à num. 37. Garcia num. 52.

12 Quapropter controversia solum est, an spectato iure communi illegitimus naturalis, & spurus ex parte patris capax sit beneficii relicti pro consanguineis fundatoris? Communis sententia affirmat spectanda esse verba instituentis; si enim verbis iuris vltus fuerit fundator, illegitimus in hac prouisione locum non habet: fecas si vltus fuit verbis naturæ, seu naturaliter cognationem significantibus: sic Perez de Lara lib. 2. de capell. & annuissar. cap. 2. à num. 25. Garcia 7. p. de benef. cap. 15. à num. 39. & 46. Quod si inquiras, quando censeatur fundator vti verbis civilibus, quando naturalibus? Respondeo vti verbis civilibus, quoties vltus fuerit nomine familie, generis, cognationis, stirpis, aut consanguinitatis. Quia hæc nomina à iure inuenta sunt. At verbis naturalibus vti, si descendunt, & consanguineorum verbis vtatur, dicens instituendum esse aliquem ex suis descendebus, vel consanguineis. sic Gonzalez gloss. 5. n. 121. Garcia supra n. 39. & 35. Regulariter autem semper præsumendum est verbis naturaliter significantibus vltum fuisse. Quia hæc in dispositione hominis attenduntur, quando aliud expressè non constat iuxta leg. fin. Cod. de his qui veniam arais leg. non aliter ff. de legat. 3. Et quia hæc interpretatio fauorabilior est ipsis illegitimis, & etiam fundatori, qui illos præsumitur amare. Deinde spectandus est communis modus loquendi, & an materia subiecta petat excludere, vel potius includere illegitimum. sic Gonzalez gloss. 5. à n. 123.

Ex quo ipse infert spurium, & illegitimum aliàs habilem admittendum esse ad capellania, & legatum relictum pro iis qui sunt de genere, & cognatione fundatoris. Nam licet hæc verba civilia sint, & ex illis videatur illegitimus exclusus: at quia ex communi modo loquendi, & materia subiecta non excluditur, ideo debet admitti, & placet mihi hæc doctrina, tamen Garcia dicta 7. p. c. 10. n. 53. contradicit.

13 Sed quo loco spurus, & illegitimus admittendus est ad legatum, donationem, capellania pro consanguineis fundatoris relictam?

Dicendum est, si concurrat in æquali gradu cum legitimo, nequam admitti posse, sic vt indubitatum firmat Gonzalez gloss. 5. n. 124. Garcia 7. p. de benef. c. 15. n. 53. circa finem. At si illegitimus proximior sit fundatori quolibet alio legitimo, censeat Garcia supra n. 47. & Zeual. q. 762. à n. 24. illegitimum præferendum esse stante dispositione testatoris, quod proximior consanguineus præferatur; quia ille illegitimus est consanguineus; & proximior. Quod si ex testatoris dispositione non esset obli-

gatio proximitatem eligendi, affirmare debent supradicti doctores illegitimum, & spurium eligi posse, quantumvis remotum, exclusis legitimis propinquiioribus, quia est æque ac legitimis consanguineis.

Cæterum oppositum probabilis existimo, nempe stantibus legitimis nequam eligi posse illegitimum, tamen si propinquoior sit. sic Peregrin. de fiduciam ff. ori. 2. 2. n. 89. Man. Rod. 1. tom. sum. ap. 106. n. 8. ad finem. Ioann. Gutierrez. præf. quasi lib. 2. quæst. 67. circa finem. num. 4. Ratio est; quia legitimus remotior nobilior est quolibet propinquoior illegitimo. Deinde si stantibus legitimis possit electio esse illegitimo; quia omnes sunt æque de familia, possit illegitimus concurrentes in eodem gradu proximitatis cum legitimo eligi à patrono. Quia ipse solum tenetur eligere ex consanguineis fundatoris, qui proximior facit: potius autem nullum legitimum proximiorum esse illegitimo. Ergo nullus legitimus necessario præzeligitio est: quia qualitas legitimatis non constituit legitimum propinquoiorum; ac proinde præferendum illegitimo, inde conuenit cuiuslibet illegitimo etiam propinquoior præferendum esse: quia propinquoitas proueniens ex legitimatione quantumvis remota, vincit quamlibet propinquoitatem illegitimi. Et per hæc sit facta contrario fundamentum.



DISPUTATIO V.

De beneficiorum oneribus, & vilitatibus.

PLYRA sunt onera beneficiorum, pluresque illorum vilitates. Onus beneficiorum est fidei professionem facere, cum beneficium recipitur: officium diuinum quotidie recitare, choro assistere, in loco beneficii residere, ordines beneficio annexos suscipere. Vilitas vero beneficiorum est fructum perceptio, exemptio à foro secularium iurisdictione à gabellis, & tributis, & tandem titulum concedere ad ordines recipiendos. De obligatione faciendi professionem fidei latè egimus 1. p. r. 4. de fide. d. sp. 1. p. n. 19. De assistentia in choro, officioque diuini recitatione, r. 7. dictum est. De fructuum vero perceptioe, illorumque dominio, distributione, & alienatione. Tum in tract. de charitate, d. sp. de elemosyna. Tum tract. 12. plura diximus. De exemptione vero à foro seculari, immunitate à gabellis satis egimus r. 1. o. r. 12. De titulo, quem præbet beneficium ad ordines suscipiendum, r. de ordine agendum est. Restat ergo nobis specialiter agendum de obligatione residendi in loco beneficii, ordinesque beneficio annexos suscipiendi.

PUNCTVM I.

Qualiter beneficium residentiam expostulet.

- 1 Duplex est beneficium, curatum, & simplex, & qualiter simplex residentiam expostulet.
- 2 Beneficium curatum non solum iure positio, sed naturali diuino residentiam expostulat.
- 3 Contrarium defendit immortio Catherinus.
- 4 Satisfit eius rationibus.
- 5 Non excusatur ab hac obligatione, esto beneficium modici valoris sit, neque ex eo quod conditorem habeat.
- 6 Iure item naturali diuino tenetur residere, quia beneficium habens curam animarum exteriorum possideret.

Beneficium duplex est, curatum, & simplex; vtrumque residentiam expostulabat iure ipso. At ex generali consuetudine beneficia simplicia libera sunt à residentia. Quod nullum aliud officium habent annexum præter horarum recitationem, quæ vilibet fieri potest: sic aliis relatis Flamin. d. rescript. lib. 1. q. 10. n. 66. & 67. Cæsar. de Grassis deest. 15. n. 3. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. n. 80. & gloss. 15. n. 26. Garcia de benef. 3. p. cap. 2. n. 3. Excipe tamen dignitates, & canonicatus Ecclesie Cathedralis, & aliquarum Ecclesiarum collegatarum, qui ex præscripto Concilii, aut specialibus statutis in suis Ecclesiis resident, & horis canonicis assistere tenentur (sub præiudicio distributionum, & fructuum, de qua assistentia, tract. 7. d. sp. 3. d. 12. diximus).

2 Beneficium vero curatum, sub quo intelligi Episcopatum, dignitatem, cui est animarum cura annexa, & quolibet aliud parochiale beneficium, non solum ex iure positio, sed etiam ex iure diuino naturali; residentiam expostulat: colligitur apertè ex Trident. sess. 6. cap. 1. & sess. 23. c. 1. de reform. ubi eadem statuitur præcepto diuino omnibus pastoribus animarum mandatum esse omnes (uas agnoscere, & sacramenta eis ministrare, factificium pro eis offerre, verbi diuini prædicatione eas pastore, ac tandem exemplo, aliisque mediis ad virtutem excitare, & in cætera munia pastoralia incumbere. Quæ vt præterea, necessario

DE
HASTI
PALATI
TOR
II